

J. H. G. Hopman.
Embr: a. d. die m. xvi. Mens.
1773

D. CUNR. DIETERICI
INSTITVTIONES
RHE TORICÆ

E

PROBATISSIMIS
VETERVM AC RECENTIORVM
ORATORVM

INTERPRETIBVS STUDIOSE
CONSCRIPTÆ

VARIISQUE EXEMPLIS TAM SACRIS
QVAM PHILOGICIS

IN VSVM

IVVENTVTIS CLASSICÆ
ILLVSTRATÆ.

EDITIO NOVA A MENDIS PVRGATA
ET INDICE AVCTA.

M A R B V R G I
APVD PHIL. CASIMIR. MULLER.

CID ID CC LII.

Decorative floral border at the top of the right page.

RHE

RHETORICA
(Definitio
verbo Graeco
hinc, in pro

in acris. quod & id
quod dictionem, et
significat. & per se
qui apte, concinne
intelligit. rone, et

ELOQUENTIA,
tione Rhetor.) &
quod significat de
Rhetoran more d
uatorio more. A

quara sint quasi a
fluminis ultra ex e
tatio, non vera, ut
enim Perona e sua
lora, sed no in an

ca, in praterito
quonia, & Orat
mator quando que
jactu & effusis di
uis & concionibus



LIBRI PRIMI
RHETORICÆ,

CAPUT I.

I.

RHETORICA est ars bene dicendi.

(Definitum est *Rhetorica*, sic dicta ab inusitato verbo Græco *ῥέω*, id est, *dico*, quod facit in futuro *ῥήσω*, in præterit. Act. *ῥήσω*, in passiv. *ῥήσομαι*, in aorist. *ῥήσῃ* & *ῥήσῃς*, quæ tempora usitata; unde *ῥήσομαι*, quod dictionem, elocutionem, sermonem sive orationem significat: & *ῥήσομαι* ac *ῥήσομαι* *doctior*, id est, qui dicit, sive qui apte, concinne & eleganter loquitur, & *ῥητορικὴ* subintellige *τέχνη*, ars & vis oratoria, sive **ARTIFICIOSA ELOQUENTIA**, interprete *Cicer.* (libro primo de Inventione *Rhetor.*) & oratoria facultas. Item verbum *ῥητορεύω*, quod significat declamo, peroro, Rhetoricam exerceo, Rhetorum more dico; *ῥητορικὸς* facturus orator, *ῥητορικῶς* oratorio more. Alii deducunt à *ῥέω* fluo, quod scilicet *ῥήματα* sint quasi *ῥέματα τῆς ῥῆς*, & quod oratoris sermo fluminis instar ex ejus ore fluat. Sed allusiva hæc est notatio, non vera, imprimis in Scholis Grammaticorum. Si enim *ῥητορικὴ* a *ῥέω* fluo oriretur, dicendum foret non *ῥητορικὴ*, sed *ῥεωτορικὴ*. Hoc enim verbum in futuro habet *ῥεώσω*, in præterito *ῥεώσω*. Accipitur autem *Rhetorica*, *Eloquentia*, & *Oratoria*, itemque *Rhetor*, *Orator* & *Declamator* quandoque promiscue: propria tamen loquendo obiecto & effectis differunt. *Orator* enim est, qui in judiciis & concionibus causas agit: *Rhetor* vero est, qui bene dicendi

cendi præcepta tradit. *Declamator* est, qui aut docendi alios aut seipsum exercendi gratia fictam causam agit, ut in veris postea causis possit orare. Sic *Eloquentia* est facultas sapienter & ornate dicendi. *Rhetorica* vero est ars, quæ docet viam ac rationem recte & ornate dicendi: *Quam Differentiam ponit Philippus l. I. Rhetor. sub init.* Breviter: *Rhetorica* præcepta bene dicendi continet: *Eloquentia & Oratoria* hæc ipsa ad usum & praxin transfert ac legitime accomodat. Atque sic Eloquentiæ comparandæ veluti Instrumentum inservit Rhetorica. *Hæc de Definito.* Definitio constat genere & differentia specifica. *Genus est ars.* Quod sit ars Rhetorica, patet, quia definitio artis tum a Luciano & Quintiliano, tum a Ramo tradita eidem competit. Est enim *Ordo certarum propositionum exercitatione cognitarum ad finem utilem in vita*; vel est *Methodica comprehensio præceptorum catholicorum, verorum, homogeneorum.* Vide Quintil. lib. 2. cap. 17. ubi artem esse aliquot rationibus probat, & argumenta contraria refutat. Deinde vero & ars est, juxta Definitionem Artis Aristotelicam, quæ est lib. 6. *Ethic. Nicom. cap. 5.* Est namque habitus cum recta ratione effectivus. Memineris autem, effectivum duplicem esse, Corporalem & Intellectualem. Illa est artium illiberalium, quæ primario efficere dicuntur; hæc est artium liberalium, quæ ἀναλόγως efficere dicuntur, dum instrumenta præbent, quorum adminiculo opera intellectualia efficiuntur. Etsi igitur Rhetorica non sit ars, voce effectivum priori modo accepta: est tamen posteriori, prout scilicet instrumenta bene dicendi subministrat. *Confer. Instit. nost. Dialect. Nec obstat 1.* quod Rhetorica usu comparatur. Est enim *Elench. opposit.* Quia vitiose inde concluditur, non arte comparari: cum & arte vel maxime, itemque usu & natura perficiatur. *Nec 2. obstat,* quod veteres Rhetoricam referunt inter artes σοφιστικὰς sive conjecturales. *Non enim hoc fit ratione materiæ sive præceptorum,* quæ perpetuo vera & certa sunt, sed propter eventum, qui in usu incertus & anceps est, idque partim propter finitionem & adeptionem incertam, partim ob artificum imperitiam. *Distinguendum*

LIB
 pendam igitur
 præceptis certis
 legitime deservit
 civilem, cuius
 hominum opinio
 nis, non quidem
 quatenus pro cog
 se habere non pot
 rica, neque Diale
 terus scientia per
 quam incerta acc
 vocamus, ut inq
 Rhetor. Cyprian.
 consistit in bene
 quidem in finem
 quam ad ultimam
 tionem tradunt:
 loc. Rhetorica est
 finem: Finem
 tem ejus deservit
 & a fine & ab
 cendi: a fine, e
 scientiam bene
 inter artem de
 terica operant
 tis finem esse ra
 furum & præce
 ut inter finem
 enim in ipsa
 num, qui est pe
 tis Rhetorica ut
 tis & personam
 Oratorum, ut
 ratione disting
 BENE hic
 rite, Cur. 2.
 lectissimis elicit
 tem rō bene tra

guendum igitur inter Rhetoricam proprie sic dictam, quæ præceptis certis & immutabilibus constat, si proprie & legitime describitur: & inter Rhetoricam forensis sive civilem, cujus praxis & usus inconstans est, eo quod ab hominum opinione pendet. Potest etiam appellari *Scientia*, non quidem ratione subtili, accurata & Philosophica, quatenus pro cognitione rei tantum necessaria, quæ aliter se habere non potest, accipitur. Sic enim neque Rhetorica, neque Dialectica, est scientia: sed *largo modo*, quatenus scientia pro quacunque cognitione rei tam certæ, quam incerta accipitur. Quo pacto omnes artes scientias vocamus, ut inquit *Frideric. Cerutus annotat. in c. 1. lib. 1. Rhetor. Cyprian. Soarii. Forma sive differentia specificæ* consistit in *bene dicendo*, quæ desumpta est *a fine*: hunc siquidem in finem omnia & singula Rhetoricæ præcepta tanquam ad ultimum scopum diriguntur, ut bene dicendi rationem eradant: & Rhetoris, ut bene dicat. *Soarius alleg. loc.* Rhetoricæ officium esse, ait, dicere apposite ad persuasionem: *Finem*, persuadere dictione. Ideoque definitionem ejus desumptam esse, ait *Cerut. ibid.* & ab officio, & a fine & ab utroque: *Ab officio*, esse artem bene dicendi: *a fine*, esse facultatem persuadendi: *ab utroque*, esse scientiam bene dicendo persuadendi. Alii distinguunt hic inter artem *docentem* & *operantem*, dicentes: Finem Rhetoricæ operantis esse persuasionem: Rhetoricæ vero docentis finem esse rationem bene dicendi, sive cognitionem causarum & præceptorum ipsius persuasionis. Alii distinguunt inter finem artis *Internum*, qui est *ratio bene dicere*. Hic enim in ipsis quasi artis visceribus continetur: & *Externum*, qui est persuasio: hæc enim non vi & facultate artis Rhetoricæ continetur, sed potissimum in persona dicentis & perorantis. Quo nomine alii inter Rhetoricam & Oratoriam, inter Rhetorem & Oratorem, hoc loco eadem ratione distinguunt. Verum hæc altioris sunt indaginis. **BENE** hic idem significat, quod *ornate, scienter & perite*, *Cicer. 2. de Orat.* optimis scilicet sententiis verbisque lectissimis dicere, ut explicat *Soar. alleg. loc.* Additur autem *ratio bene* non ad generalem artis *in generalis* expriment-

dam, sed specialem & definitam, quæ ut aliis artibus & scientiis, ita & Rhetoricæ propria est, & in ornatu consistit, plane sicut in definit. *Dialecticæ* tò bene acute, ordine, perspicue, & *Grammaticæ*, pure, congrue & emendate speciatim significat. Quod BENE alteri alicui arti neutiquam competit.)

1. 2. Partes Rhetoricæ duæ sunt: ELOCVTIO
& ACTIO.

(Distributio hæc est legitima, tum, quia partes ejus reciprocantur cum toto, tum quia tot & non plures in naturali & propria Rhetoricæ materia insunt, omnemque bene dicendi rationem complectuntur. *Aristoteles lib. 3. Rhet. cap. 1. Cicero lib. 1. de invent. Fabius lib. 3. c. 1. Philippus lib. 1. Rhetor. & alii* quinque partes Rhetoricæ constituunt. 1. *Inventionem*. 2. *Dispositionem*. 3. *Elocutionem*. 4. *Memoriam*. 5. *Pronunciationem*. At male. *Inventio* enim & *Dispositio* sunt *Dialecticæ* propriæ, & in eadem homogeneæ. In Rhetorica igitur erunt heterogeneæ; ideoque non permiscendæ, nec in Rhetorica addendæ. *Memoria* partim naturalis est, partim *Logicæ* lumine perficitur. Unde recte *Fabius lib. 2. c. 2.* si quid artis memoria habeat, totum id dispositionis & ordinis esse asserit, cum sapientes tribus maxime memoriam juvari dicant, intelligentia scilicet, brevitate & ordinis dispositione. Nec itaque memoria particularem Rhetoricæ partem constituit. Aut responderi sic potest. Memoria duplex: Naturalis & Artificialis. Si naturalis hic intelligenda, pars artis tanquam habitus acquisiti illa esse non potest. Si artificialis, distinctus oritur habitus Mnemonicus sive ars Mnemonica aut Memoria, non Rhetor. solum, sed omnibus facultatibus velut instrumentum inserviens. *Nec obstat* ratio, quod sine his partibus Orator officio suo fungi legitime non possit. *Est enim Elench. Cause.* Aliud namque est esse necessarium, aliud esse rei proprium. Etiam Orator non potest esse sine usu *Grammaticæ*: Anne E. Grammatica Rhetoricæ propria? Non potest bene dicere sine *Etymologia* & *Syntaxi*: Anne E. & *Etymologia* & *Syntaxis* Rhetoricæ partes?

partes? Absolutis autem & fitor quando in tor, sed qua non qua Musi quando obligat Medicus. Nec a ventionem & Dispositio est enim Elocutio res fuerint, sed Responderunt illi inveniunt, adeoque utem, quæ bene mera elocutione

1. ELOCVTIO
(Definitio sumis enim vocabularian attribuit, & ab actione (alio autem elocutio exornanda tota propria significava voce, designat legere latius si ce enunciata sit fit, sed scriptam riam, & figuram viva voce enunci sub iuris, in de ratione res e
1. Sermonem tiones. Cum spicuis non Rhetoricæ solimen Dn. Phil

partes? *Absentum.* 2. Artes conjungendæ sunt usu: præceptis autem & finibus accuratissime distinguendæ. 3. Rhetor quando invenit & disponit, hoc non facit qua Rhetor, sed qua Logicus. Plane sicut Musicus, cum orat, non qua Musicus, sed qua Orator est, orat, & pastor quando obligat vulnus, non est pastor, sed facit id ut est Medicus. *Nec obstat* & hoc, quod plerique Rhetores inventionem & Dispositionem Rhetoricæ partes constituunt. *Est enim Elench. Testim.* Cum non videndum, quid veteres fecerint, sed num recte & ex lege methodi fecerint. 2. Respexerunt illi potissimum Oratoriam sive Rhetoricam forensam, adeoque Rhetoricæ usum, non vero Rhetoricam artem, quæ bene dicendi præcepta tradit, & in nuda & mera elocutione & actione absolvitur.)

CAPUT II.

I. ELOCVTIO est Orationis exornatio.

(Definitio sumpta est a *forma* & *subjecto*. Exornationis enim vocabulum propriam Elocutioni naturam & essentialiam attribuit, & præterea eam tum ab aliis rebus, tum ab actione (*altera Rhetoricæ parte*) distinguit. Subjectum autem elocutionis est *Oratio*, quia in eadem, ratione vocum, exornanda tota occupatur. Ubi nil *obstat*, quod elocutionis propria significatio orationis pronuntiationem, quæ fit viva voce, designet. Designat quidem: verum hic per *ἔλεγχου* latius sumitur, ut non tantum Orationem viva voce enunciatam seu enunciandam, quæ tropis & figuris referta sit, sed scriptam etiam Orationem troporum luminibus variatam, & figurarum schematibus exornatam, licet nunquam viva voce enunciatur, complectatur. *Philippus 2. Rhetor. sub init.* ita definit: *Electutio est, quæ dilucida & perspicua oratione res exponit.* Partes vero Elocutionis tres facit. 1. Sermonem Grammaticum. 2. Figuras. 3. Amplificationes. Cum tamen diluciditas sermonis & Orationis perspicuitas non sit Rhetoricæ, sed solius Grammaticæ, sicut Rhetoricæ solius sermonis exornatio. Ad salvandum tamen Dn. Philippum dici potest, eum non nude de Rhetorica,

rica, ejusdemque præceptionibus specialibus loqui, sed de omnibus iis, quibus Orator ad obtinendum scopum suum opus habet; adeoque docere, qualis Orator esse & quæ scire debeat.

2. Elocutio est Tropus & Figura.

(Dichotomia Elocutionis est ex effectu. Genus enim hic in species suas distribuitur. Eandem tradit Cicero l. de Orat. ubi ait: Nam est quidam ornatus Orationis, qui ex singulis verbis est, (ut in tropo) alius qui ex continuatis conjunctisque constat (ut in Figura) plane quemadmodum in Logicis *Inventio*, prior pars, singulorum est argumentorum: *Judicium* vero posterior pars, conjunctorum & collocatorum seu dispositorum.)

3. TROPUS est elocutio, qua vox a nativa significatione in aliam immutatur.

(Tropus dicitur a Græco *τρέπω*, quod inverteo, converto, immuto, &c. significat. Est enim versio seu modificatio vocis, qua vox a significatione propria vertitur in alienam. *Definitio* est a *Genere*, quod est Elocutio, & a *Forma*, quæ a subjecto, quod est vox, & adjuncta significationis mutatione constituitur. Quintiliano l. 9. in princ. teste Ramo Schol. Rhet. 17. in princip. Tropus nihil aliud est, quam *dictio ab eo loco, in quo propria est, translata in locum eum, in quo propria non est.* Declaro exemplo. Si vocabulum *gannire* a vulpibus, quarum est proprium, transferas & traducas ad hominem inepta & inutilia loquentem, tropus fuerit, *Metaphora* scilicet. Sic, si *ditionem* causæ propriam attribuas *effecto*, ponens scil. nomen auctoris pro opere ipso ab auctore confecto, ut puta, Virgilium pro Virgilio *Æneide*; vel *ditionem subjecti* propriam tribuas *adjuncto*, si nimirum locum ponas pro re locata, mundum pro incolis, Germaniam pro Germanis, & vicissim contra, similiter tropus fuerit. *Dictio* enim ab eo loco, in quo propria est, transfertur in eum, in quo propria non est. Porro ab hac ipsa definitione Tropus non tantum est, quod est, sed & a *figura* potissimum distinguitur.

Disse-

LIB
 Differentia
 precipue. 1. T
 his: Figura est
 Quintil. l. 9. c. 1
 ba conjuncta vel
 pus verbi seu no
 Figura vero (non
 Grammaticam scilicet
 talis exornans.
 NOTA hic I.
 obitio, extra O
 potest. Sic si qu
 proprie aut mod
 contextu eius pr
 prehendes.

NOTA II.
 Necessitas, quæ
 quidem verborum
 habemus tot verba
 pi conservans. O
 modo ratione v
 stantur, ut Ca
 eleganter dicitur
 & angustis: pe
 Nam ut vestis
 post adhiberi c
 gnitatem: Sic
 frequentem, de
 etiam obicitur
 nus pro cura
 pratis ergo.
 dunt. Obicitur
 quia obicitur
 hibeamus.)

Differentia namque *Tropi & Figure* consistit in duobus præcipue. 1. *Tropus est in UNA voce sive in singulis verbis: Figura est in pluribus, & conjunctis* (in Oratione.) *Quintil. l. 9. c. 1.* Errant igitur, qui tropum etiam in verba conjuncta vel totam phrasin cadere existimant. 2. *Tropus verbi sive vocis significationem nativam mutat in aliam: Figura vero* (non vocis, sed) *Orationis habitum immutat Grammaticam scilicet ejusdem puritatem variis schematum flosculis exornans.*

NOTA hic I. quamvis tropus singularum vocum modificatio, extra Orationis tamen contextum intelligi non potest. Sic si quis dicat *Anus*, nemo intellexerit, num proprie aut modificate loquatur: Sin autem in Orationis contextu *anus* pro *juvencula* ponatur, facillime tropum deprehendes.

NOTA II. *Troporum causas Efficientes esse duas.* 1. est *Necessitas*, quæ est ejusdem causa efficiens, procreans, siquidem verborum inopia tropi primum inventi. Non enim habemus tot verba, quot res. 2. *Voluptas*, quæ est causa tropi conservans. *Omnes namque translatis & alienis magis* (si modo ratione translata sint) *quam propriis & suis delectantur*, ait *Cicer. de Orator.* Qui de utraque causa sic eleganter differit. Tropum necessitas genuit, inopia coacta & angustiis: post autem Delectatio jucunditasque celebravit. Nam ut vestis frigoris depellendi causa reperta est primo, post adhiberi cœpta est ad ornatum etiam corporis & dignitatem: Sic verbi translatio instituta est inopiæ causa; frequentata, delectationis. Qui hic *objiciunt*, Tropum etiam *obscœnitatis* vitandæ gratia inventum, ut cum *Venus* pro coitu sumitur. E. non solum necessitatis & voluptatis ergo. *Elencho opposit. seu Fallac. secundum quid* ludunt. *Obscœnitas* namque ad necessitatem est referenda, quia obscœnis non est utendum, nisi necessario tropum adhibeamus.)

Tropi sunt generales hi

CANONES.

1. Omnis tropus debet esse verecundus, ut deductus esse in alienum locum, non irruisse: ut precario, non vi venisse videatur, **TALÆVS** c. 2. *Rhetor. lib. 1. ex Cic. 3. de Orat.*

2. Rei conveniens.

3. Delectans plurimum.

(Itaque Tropi longius petiti, qui non significantes, & qui inconvenientes, qui obscuro & obsceni merito rejiciendi. Confer. Arist. 3. Rhet. c. 2.)

4. In Tropo consideranda: 1. Generales affectiones. 2. Distributio sive species.

5. Affectiones tropi generales tres sunt:

1. Κατάχρησις abusio.

2. ὑπερβολή superlatio.

3. Ἀλληγορία continuatio tropi.

(Dicuntur *affectiones generales*, quia non sunt distinctæ troporum species, sed generalia troporum accidentia, quæ communiter singulis tropis, quanquam aliis crebrius, aliis rarius, accidunt. Ita *exempli gratia*: Allegoria non tantum est Metaphoræ affectio, sed & Metonymiæ, sed & Ironiæ, sed & Synecdoches; Catachresis non tantum est Synecdoches, sed & Metonymiæ, Ironiæ & Metaphoræ, &c. Communes autem Troporum affectiones distinctas eorundem species constituere non possunt. Ideoque nec Catachresis, Hyperbole & Allegoria specie distincti Tropi a Meton. Iren. Metaph. & Synecd. esse possunt.)

Ubi **NOTA** I. promiscue a quibusdam dici *Catachresin Synecdochicam* (quod scilicet ad Synecdochen pertineat) & Synecdochen *Catachresticam* (quod scilicet ei Catachresis accidat) item Allegoriam *Metaphoricam* & *Metaphoram Allegoricam*: sed tamen, quia Hyperbole, Catachresis & Allegoria tropi sunt accidentia, rectius dicitur *Synecdoche Catachrestica*: *Metaphora Allegorica*: *Ironia Hyperbolica*, &c. Quia accidentia recte attribuuntur subjectis.

NOTA

NOTA II. T
 ni etiam in
 non sunt. E
 est affectio figur
 bolen præcipue
 se, est emphatic
 Misen vero simi
 dicimus in q
 6. Κατάχρησις
 or: ut apud v
 Hanc ego s
 Ubi sperare
 enim bona: i
 Gladius vagi
 pro Marcell
 CICERO lib. i
 & deridendi
 Eunuch. Hi
 beo. Sic ag
 § lib. 2.
 nari dicitur
 lib. 2. Ene
 cant, edific
 (A Corin
 Abusio: Gram
 citur. De qu
 sione omnia tra
 propria in si
 abutitur) ho
 pro abusione
 ficatio tropi
 ot
 /
 5
 Ut vana
 corrigitur

NOTA II. Tribus his affectionibus troporum annumerari etiam ἐμφασιν & μείωσιν: At istæ distinctæ affectiones non sunt. Ἐμφασις enim nonnunquam est sine tropo, & est affectio figuræ Grammaticæ. Si tropica est, ad hyperbolen præcipue referri potest, ut *volitare gloriæ cupiditate*, est emphatica hyperbole seu hyperbolica Metaphera. Μείωσις vero similiter sub hyperbole comprehenditur, ut *dicemus infra.*)

6. *Κατάχρησις* est tropus durior & inæqualior: ut apud VIRGILIUM *Æneid.* 4.

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

Ubi *sperare* accipitur pro *timere*. Speramus enim bona: timemus mala, quale & dolor est. *Gladius vagina vacuus*, id est, *nudus*. CICER. *Orat. pro Marcell.* *Fruges pubescunt* pro *germinant*. CICER. *lib. I. de nat. Deor.* *Hunc comedendum & deridendum vobis propino*. TARENT. *in Eunuch.* *Hic ἀκύρωσις propino* ponitur pro *præbeo*. Sic apud HORATIVUM *lib. I. Epist. 8.* & *lib. 2. Satyr. 3.* *Pulchra & præclara ninnari* dicitur pro *promittere*. Apud VIRGIL. *lib. 2. Æneid.* in illo: *Instar montis equum ædificant*, ædificare ponitur pro *facere*.

(A Cornificio *lib. 4. ad Heren. in Orat. Cicer.* Latine *Abusio*: Grammaticis vero Ἀκυρολογία, *nominis abusio* dicitur. De qua **NOTA.** Quanquam generaliore significatione omnis tropus possit dici *Catachresis* (nullus enim in propria sua significatione rem exprimit, sed omnis aliena abutitur) hoc tamen in loco *Catachresis* sumitur specialius pro *abusione*, sed tamen duriori & inæqualiori, quæ significatio tropis in genere non competit.)

Catachresis est hic **CANON.**

Ut *κατάχρησις* aliquantulum molliatur & quasi corrigatur, præmittenda est *epiPLEXIS*, id est, præ-

munitio sive castigatio quædam, cujus fere hæ sunt formulæ: Ut auctoris hujus verbis utar: Ut ita dicam: liceat mihi isto verbo uti: liceat ita loqui. Item, quasi, velut, tanquam & similes, ut: si inexplabilem librorum belluonem quis diceret, paulo durius diceret. Sin vero, ut ita dicam, adjecerit, mirius aliquando dixerit: ut, inexplabilis es librorum, ut ita dicam, helluo.

1 7. *ὑπερβολή* est, qua superatur veritas rei augendæ vel minuendæ gratia.

(Cicer. lib. 4. ad Herenn. dicitur *Veritatis superlatio*, item augendi minuendive causa veritatis superlatio atque trajectio: male autem ab eodem refertur inter Figuras, cum in hyperbole fiat vocis immutatio; in figura non item. *Nota* hic 1. Si hyperbole est in uno verbo, ad Rhetoricam pertinet: Si vero non est in uno verbo, sed in tota Oratione, est argumentum Logicum, ut: *puella nive candidior: Ocyor Euro*. In quibus est comparatio majorum & minorum. 2. Etiam si hyperbolæ rei veritatem vel augment vel imminuunt, non tamen mendacia proprie dicta sunt, quia 1. in iis τὸ ῥητόν, & proprietates vocum non spectatur, sed *διάνοια*. 2. quia in illis non est fallendi propositum, nec voluntas dicendi falsum. 3. quia non est in illis inæqualitas Orationis & mentis, quæ necessario ad mendaciæ constitutionem requiruntur. Alii hic distinguunt inter mendacium *malitiosum sive perniciosum*, quod alienum omnino a Rhetore esse debet: & *officiosum sive jocosum*, quale *Poëticum, Ironicum & hyperbolicum*, quod recreationis duntaxat, & ornatus gratia licitum esse dicunt.

1 8. Species ejus duæ sunt: *Ἀύξησις* Amplificatio sive exuperatio, & *Μείωσις* extenuatio.

1 9. *Ἀύξησις* est, qua veritas superatur rei augendæ gratia, ut *Scelus, pro scelerato. Carcer, pro carcere*

LIB
carere digno.
ri, pro carere
pilitate glori
(Alii sic defini
mur, quod rei
in Orat. pro
in calum accen
tis: Quod primum
strum in illis
ne, ut unde nat
dir cygnis heder
fida clamor.
Oratio humilis
Evangelium ma
Marc. 16, 17.
est, plerique Pro
las hominibus, a
hominis cum ve
Luc. 18, v. 8.
tas mundas libere
mandas ipsum
NOTA I.
vel gratia, qua
quam genera
certas syllabas
constare, com
implet: ut cre
comparare. Ca
late ferrem int
ardent. Finem
NOTA II
sunt Adjunctio
tissimus. Dis
comparatione
NOTA III
dam sententia
intra eosdem

carcere digno. Pestis, pro pestifero. Debaççari, pro convitiari. It clamor cælo. Volitare cupiditate gloriæ. Ocior Euro. Tardior testudine.

(Alii sic definiunt: Auxesis est, cum verbo vel dicto utimur, quod rei magnitudinem superare videtur. Ita Cic. in Orat. pro domo; Quibus tanquam gradibus mihi videor in cælum ascendisse, non in patriam revertisse, & pro Cluentio: Quod portentum, Dii immortales, quod tantum monstrum in ullis locis, quod tam infestum scelus atque immane, aut unde natum esse dicamus! Virgil. Eclog. 7. Candidior cygnis hedera formosior alba. Æneid. 2. Ferit aurea sidera clamor. Hac hyperbole in scriptura sæpius occurrit. Oratio humilis aubes penetrat, Syr. 15. v. 1. Prædicare Evangelium omni creaturæ, id est, omnibus gentibus, Marc. 16, 15. Non est Propheta acceptus in patria sua, id est, plerique Prophetæ, Matth. 13, 57. Eritis odio omnibus hominibus, id est, impiis, Matth. 10. v. 22. &c. Filius hominis cum venerit, num reperiturus est fidem in terris? Luc. 18. v. 8. Quæ si omnia scriberentur, ne quidem totus mundus libros capere posset, Job. 21. v. 23. Ecce totus mundus ipsum sequitur, Job. 12. v. 20. Ubi

NOTA I. Ad auxesin referri verba 1. *significantiæ* vel gravia, quæ animum implent: sic species graviores sunt quam genera, ut latrocinium pro cæde. 2. *Sonantiæ*, quæ certas syllabas longas habent & aures implent: ut, audire, conflare, comprobare. 3. *Plena*, quæ & animum & aures implent: ut crudelissimum & luctuosissimum exitium patriæ comparare. Cic. pro Sylla. 4. *Tropica emphatica*: ut, tum late ferreus hastis horret ager, campi que armis sublimibus ardent. Æneid. 1.

NOTA II. Ad Auxesin etiam referri Epitheta, quæ sunt Adjectiva alicui Substantivo addita, ut, homo sapientissimus. Dido pulcherrima. De quibus cap. seq. Item comparationes: ut, Stentore clamosior.

NOTA III. Hyperbelon ab auxesi hoc modo e quorundam sententia differre: quod illa fides limites excedat: ac intra eosdem maneat,

10. *Μείωσις* extenuatio est, qua veritas superatur rei minuendæ & extenuandæ gratia. Vocatur alias & *Ταπείνωσις*, ut, *Vermis*, pro homine. Erratum pro scelere, *Stridor*, pro voce. *Severus*, pro crudeli.

(*Alii sic definiunt.* *Μείωσις* est, cum verbum mollius sive mitius loco proprii subjicimus. Sic *Psal.* 22. v. 7. Ego *vermis* sum, non homo. *Esa.* 41. v. 14. Noli timere *vermis* Jacob. *Job.* 25. v. 6. Filius hominis *vermis*. Sic dicit Abraham ad Dominum: Ecce nunc cœpi loqui ad Dominum meum, qui *pulvis* sum & *cinis*, *Gen.* 18. v. 27. Sic *Cicer.* (Orat. 3. de leg. Agrar. contr. Bullum tribun. pleb.) Syllanus ager a certis hominibus latissime continuatus tantam habet invidiam, ut feri ac fortis tribuni plebis *stridorem* perferre non possit.

Utinur extenuatione 1. ut arte quadam arrogantiam dissimulantes, nos ipsos modestiæ causa verbis extenuemus: ut, *Lalius* apud *Cicer.* de amicis. Sed quis ego sum? aut quæ in me est facultas? Doctorum est ista consuetudo, eaque Græcorum, ut ipsis proponatur, de quo disputent, quamvis subito, magnum opus est, egetque exercitatione non parva. *Verrin.* 6. Venio nunc ad istius, quemadmodum ipse appellat, studium, ut amici ejus morbum & insaniam. 2. Ut adversarios ipsos vel res ipsorum in contemptum adducamus. 3. Ut per eam rei alicujus difficultatem persuadendi gratia imitando extenuemus. *Μείωσις* subjicitur *ληϊότης*, quæ est diminutio modestiæ causa usurpata, quæ fit *ἀποφάσει*, id est, negatione: ut, id vos & a viro optimo & ab homine minime stulto cogitatum esse confingitis, *Cicer.* pro *Deiot.* Nullus homo non cupidus neque appetens, de leg. Agrar. 2. *ὑποκορισμός*, quando diminutivum loco primitivi usurpatur; ut, quid cessat hic homulus ex argilla & luto fictus Epicureus? *Cic.* in *Pison.* Est autem *ὑποκορισμός* parvitas in verbis, quæ *ὑποκοριστικά* diminutiva vocantur, cujusmodi sunt, corculum, animula, offensiuncula, convincelolum, morbulus, &c. Opus hic est limatulo & politulo
tuo

no Judicio. Cice
in sententiis, ut

11. Ἄλλοι
eadem sententi
bor mala, qu
& in ignem a

(Continua hic
aquam de colubis
res talis dicitur
autem Dominus ca
ventilorum in ma
& colligit triticum
igit inextinguibili
parabola in Evan
fuit, quam Metu
tum in Avulur
ditissimi hominis

Veni hoc mihi
vitem,

PaBisum: me

Nunc si filia

Te bovem esse

Ubi omis neq

Tu me bos mag

Et te utar un

Neutrabi hab

Afina me mura

Hic magnam g

lucm

Viam qui ne

Eum oportet

Ego male lo

Nunc vobis

Si bene dice

Si male dice

tuo Judicio. Cicer. (Lib. 7. Epist. Fam. ep. 133.) *Partim in sententiis, ut, Homo ὄναρ σκιάς somnium umbræ.*)

111. *Ἀλληγορία* est tropi ejusdem generis in eadem sententia continuatio & repetitio: ut, *Arbor mala, quæ fructus bonos non fert, exciditur & in ignem conjicitur, Matth. 3. v. 10.*

(Continuata hic est Metaphora, qualis & in seqq. *Bibe aquam de cisterna tua, & fluenta de medio putei tui. Fontes tui deriventur foras, in plateis rivi aquarum sint: tu autem Dominus earum maneto, Prov. 5. v. 15. 16. Cujus ventilabrum in manu ipsius, & permundabit aream suam: & colliget triticum in horreum suum, paleam autem exuret igni inextinguibili, Matth. 3. v. 2.* Huc pertinent omnes parabola in Evangelica historia proposita, quæ aliud nil sunt, quam Metaphoræ allegoricæ. Talis est apud Plautum in Aulularia, act. 2. sc. 2. ubi pauper Euclio recusat ditissimi hominis Megadori affinitatem his verbis:

Venit hoc mihi in mentem, Megadore, te esse hominem divitem,

Factiosum: me item esse hominem, pauperum pauperrimum.

Nunc si filiam locassem meam tibi, in mentem venit.

Te bovem esse, & me esse asellum, ubi tecum conjunctus stans.

Ubi onus nequeam ferre pariter, jaceam ego asinus in luto.

Tu me bos magis haud respicias, notus quasi nunquam siem.

Et te utar iniquiore & me meus ordo irrideat:

Neutrubi habeam stabile stabulum: si quid divortii fuerit.

Asini me mordicus seindant, boves incurserint cornibus.

Hoc magnum est periculum ab asinis ad boves transcendere.

Item in Pœnulo: Act. 3. scen. 2.

Viam qui nescit, qua deveniat ad mare,

Eum oportet amnem quærere comitum sibi.

Ego male loquendi vobis nescivi viam;

Nunc vobis mihi amnes estis, vos certum est sequi.

Si bene dicetis, vestra ripa vos sequar.

Si male dicetis, vestro gradiar limite.

Alle.

Allegoriæ hic est CANON generalis.

ALLEGORIA non fit nimis crebra: nam fatietatem parit.

Cæterum allegoria duplex est: *Uniformis & Multiformis.*

Allegoria Uniformis est, qua ejusdem generis Tropi continuantur in eadem sententia: ut *arbor mala, quæ fructus bonos non fert, &c.*

De hac sunt sequentes CANONES.

1. In allegoria, ex quo genere rerum cœperis, eodem etiam desinas, secus inconsequentia fecidissima fuerit. EX QUINTIL. *lib. 8. c. 6.*

(Ut, si inceperis allegoriam a tempestate, non finienda erit incendio aut ruina, sed tempestate. Sic *Cicer. pro Murena*: Quo me tandem animo esse oportet prope jam ex magna jactatione terram videntem in eum, cui video maximas Reipubl. tempestates esse subeundas? *Item pro Quinto*: Ita fit, ut qui tela depellere & vulneribus mederi debeam, tum id agere cogar, cum etiam telum adversarius nullum jecerit.

Allegoriæ Metaphorarum omnium sunt frequentissimæ.

(Allegoria multiformis est, qua diversorum generum Tropi contineantur in eadem sententia. Sic in illo *Cicer. pro Ligario*. Quid enim, *Tubero*, tuus ille districtus in acie Pharsalicæ gladius agebat? cujus latus ille mucro petebat? quis sensus erat armorum tuorum? quæ tua mens, oculi, manus, ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? *Hic quæ sunt Metonymiæ in vocibus* gladius, arma; *Metaphoræ illustriores quatuor*, Synecdoche *duæ*, in vocibus, latus mucro. Sic triplex est Metaphora in illo *Horatii Epist. 1. lib. 1.*

*Nemo adeo ferus est, ut non mitescere possit,
Si modo cultura patientem commodet aurem.*

Prima

Prima est a bra
sive cicuratur.
prie mitescant.

I. Metonymia

(De dichotom.

quorum genere fi
ponuntur, unice
est dicere. Trop

ymia & Irinia
Annon facilioti

Quintilianus lib.

1. Metonymia. 2.

5. Onomatopoeia.

lib. 9. Anonymia.

lib. Phil. Ma

nit tropos septem

len. Epitheton.

Rhetor. distingu

Tropos unum

tsphora. 2. M

5. Antonomasti

perbole. 9. Ta

similiter decem

3. Proverbia.

7. Similitudo.

fis. Dictiones

com. omittit e

addit Antiphr

rum ex his que

peculiares equ

le. Catachresi

tropis quatuor

che, eandem

Prima est a *brutis*, quæ fera sunt ac proprie mansuescunt sive cicurantur. Altera a *fructibus*, qui acerbi sunt ac proprie mitescunt. Tertia ab *agris*, quorum est cultura.)

CAPUT III.

I. TROPI sunt quatuor.

1. Metonymia. 2. Ironia. 3. Metaphora.
4. Synecdoche.

(De dichotonia, qua binæ troporum species pro uno quoque genere summo, eoque anonymo sive non nominato ponuntur, anxie hic solliciti non erimus. Quid enim prodest dicere. *Troporum genera duo sunt: primum est Metonymia & Ironia: Secundum est Metaphora & Synecdoche.* Annon faciliore labore rectius ordine enumerabuntur? Quintilianus *lib. 8. c. 6. duodecim* statuit *Troporum genera.* 1. Μεταφορὰν. 2. Σκωπτικὴν. 3. Μετωνυμίαν. 4. Ἀνωνομασίαν. 5. Ὀνοματοποιίαν. 6. Κατάχρησιν. 7. Μετάληψιν. 8. Ἐπίθετον. 9. Ἀλληγορίαν. 10. Περιφρασιν. 11. ὑπερβολὴν. 12. ὑπερβολὴν. *Phil. Mel. l. 2. Rhet. de Trop. & Schemat.* constituit tropos *septem.* Omittit enim Hyperbaton, Hyperbolen, Epitheton, Periphrasin & Allegoriam. *Chytraeus* in *Rhetor.* distinguit inter tropos unius dictionis & orationis.

Tropos *unius dictionis* enumerat decem, quorum 1. Metaphora. 2. Metalepsis. 3. Metonymia. 4. Synecdoche. 5. Antonomasia. 6. Catachresis. 7. Onomatopœia. 8. Hyperbole. 9. Tapinosis. 10. Emphasis. Tropos *Orationis* similiter decem, quorum 1. Allegoria. 2. Ænigma. 3. Proverbium. 4. Apologi. 5. Parabolæ. 6. Ironia. 7. Sarcasmus. 8. Antiphrasis. 9. Accismus. 10. Mimesis. *Dresserus Elocut. lib. 1.* Tropos dictionis facit *duodecim*; omittit enim Hyperbolen & Tapinosin, & iisdem addit Antiphrasin, Phrasin, Periphrasin, Paraphrasin. *Verum ex his quidam generales tropi affectiones sunt*, ideoque peculiare ejusdem species esse non possunt, ut Hyperbole, Catachresis & Allegoria: *Quidam enumeratis veris tropis quatuor* Metonymiæ, Ironiæ, Metaphoræ & Synecdoche, earundemque affectionibus generalibus subjiciuntur.

Qui.

Quidam omnino tropi non sunt, quia definitio Tropi iisdem non competit. Tropus est sermo a naturali & principali significatione translatus ad aliam ornandæ Orationis causa. Quintil. lib. 9. cap. 1. Seu: Est cum vox a nativâ significatione mutatur in aliam. In Antonomastia, Onomatopœia, Epitheto, Hyperbato, &c. nulla fit mutatio vocis a nativâ significatione in aliam, E. etiam tropi non sunt.

Antonomastia est nominis permutatio, cum vel 1. nomen commune aut appellativum ponitur pro proprio, ut Poëta pro Virgilio, Philosophus pro Aristotele, & sic subjicitur Synecdoche generis pro specie: vel 2. nomen proprium personæ pro communi, ut Venus, pro formosa virgine, & sic subjicitur Synecdoche speciei pro genere. Vel 3. definitio aut etymologia, aut descriptio pro aliquo nomine ponitur. Definitio: ut ars bene dicendi, pro Rhetorica. Etymologia: ut locuples, ~~fructu loca possidens~~, Assiduus, assidens vel assidens. Descriptio: ut Trojani belli scriptor, id est, Homerus. Poeta Venusinus, i. e. Horatius. Everfor Carthaginis id est, Scipio; & sic est argumentum sive descriptio Logica.

Metalepsis (transumptio) est, cum sumitur effectum pro causa, vel causa pro effecto, ut pallida mors, quia facit pallere corpora. Vinum calidum, quia calefacit, &c. At sic subjicitur Metonymia effecti vel causæ. Alii tamen Metalepsin esse dicunt, quando gradatim itur ab una significatione ad aliam, ut in illo Virgillii Eclog, 1.

Post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

Vbi per aristas intelliguntur spicæ: per spicas messis per messem æstas, per æstatem annus.

Onomatopœia est nova nominis confectio: ut Bombarda, tarantara, mugitus boum, balatus ovium, sibilus serpentum, hinnitus equorum, grunnitus suam. Item βενεξέξη, ranarum cantio apud Aristophan. &c. At hæc tropus non est, quia in ea non est mutatio significationis nativæ. Nihil enim hæc nomina ante significarunt, sed hæc ipsa est nativâ eorundem significatione.

Epitheton est Adjectivum ornatus gratia additum. Hoc non est semper tropicum, sed quandoque proprium, quandoque tropicum. Proprium, ut cum dico: Est magnum corpus.

R. cui
omnia
loca
sunt
plena

LIB
corpus. Tropicum
geitas, tristis se
mare, cupiditas
Tropus est
Apollonum
v. 19. & At hæc
Miora. Vide
Emphaticus
ficatio
athigenium
v. 6. Etiam
significatio
ratione
dicatur. Con
Periphrasi
enunciatur, quod
et cum dico, dicit
dam sapientia,
pro Carthagine. At
ut significatio vo
tenitur, puta, desi
gnatur non tropi
tioni subjicitur.
Tropus, ut in ill
qui stultis peccata
hominum ponunt
Hyperbaton est
grella est, ad Rom
tristis mandam, &
at dicitur: contradi
in omnes homines
re. Exempla
Tropus. Sed
fit per figuram
Enigma est
gnificatur, quod
vel inno. Di
14. v. 14. Satis

corpus. *Tropicum*, idque vel *Metonymicum*, ut: Turpis egestas, tristis senectus; vel *Metaphoricum*, ut: Canum mare, cupiditas effrenata. X

/ *Tapinosis* est diminutio, ut: cum *Paulus* seipsum nominat *Apostolorum* minimum & indignum nomine *Apostoli* 1. Cor. 15. v. 19. X At hæc subicitur hyperbolæ speciei isti, quæ dicitur *Meiōris*. Vide supra.

/ *Emphasis* est, cum subest in verbis tacita quæpiam significatio & vis, ut: Sic *Deus* dilexit mundum, ut *Filium* suum unigenitum daret, Joh. 3. v. 16. *Puer* natus est nobis, Esa. 9. v. 6. *Effundam* de Spiritu meo, Joel. 2. v. 28. X At quia *emphasis* significationem propriam non mutat, sed eandem auget, ea ratione subijci potest hyperbolæ speciei primæ, quæ auxilii dicitur. Confer superius dicta.

/ *Periphrasis* circumlocutio est, cum pluribus verbis aliquid enunciatur, quod efferri simpliciter vel uno verbo poterat, ut cum dico, diligens differendi ratio, pro *Dialectica*: *Studium sapientie*, pro *philosophia*: *Domus Carthaginis alta*, pro *Carthagine*. X At quia frequenter in *Periphrasi* non inmutatur significatio vocis in aliam, sed tantum res inter se mutantur, puta, descriptio vel notatio, pro definito vel nomine ponitur non tropus, sed argumentum *Logicum* est ac definitioni subicitur. Potest tamen interdum *Periphrasis* fieri *Tropica*, ut in illo Joh. 1. ubi *Baptista* ait: Ecce agnus DEI, qui tollit peccata mundi, id est, Ecce *Christus*. Sic *piscatores* hominum ponuntur pro *Apostolis* & verbi *Ministris*.

/ *Hyperbaton* est, cum distinctio longius a suo loco transgressa est, ut Rom. 5. Sicut per unum hominem peccatum introiit mundum, &c. Longo demum intervallo subsequitur antecedentis constructionem complens: Sic per unius justitiam in omnes homines propagatum est bonum ad justificationem vite. X Exempla similia sunt Eph. 2. & 3. At hic nullus est Tropus. Sed ordo *Syntaxeos* naturalis est immutatus, quod fit per figuram *Grammaticam*.

/ *Enigma* est, quando obscura similitudine aliud rectius significatur, quam verbis ostenditur, ab *ὀμιζομαι* obscure loquor vel innuo. Dicitur Germanice ein Räsel. Sicut Judic. 14. v. 14. *Samson* in convivio nuptiali hoc anigma propo-

nit: De comedente exivit cibus, & de forti egressa est dulcedo, &c. id cum hospites edocti a Samsonis sponsa solverent: proponit aliud. v. 18. Nisi arassetis mea vitula, non invenissetis anigma meum. Tale est & hoc: Mater me genuit, ^{mater} ~~matrem~~ mox gignitur a me, hoc est, glacies. At anigma allegoriæ species est. Est enim aliud quam allegoria obscura, ut inquit Augustin. lib. 15. Trin. cap. 9.

(Proverbium sive paræmia est dictum celebratum in populo. Qualia: Δύσκολα τὰ καλὰ, difficilia quæ pulchra: Dulce bellum inexpertis &c. At paræmia interdum simplex gnôme est: interdum Metaphora allegorica est. Quales seqq. Eccl. 10. v. 8. Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. 1. Cor. 5. v. 6. Modicum fermenti totam massam inficit. 2. Pet. 2. v. 22. Canis reversus est ad vomitum & sus lotus ad volutabrum cœni. Matth. 23. v. 24. Colantes culicem & deglutientes camelum, &c.)

Apologi sunt narrationes, quæ tribuunt sensus, orationem, studia & mores hominum animantibus brutis vel rebus inanimis; Quo referuntur 1. Dramata seu Comœdia & Tragœdia. 2. Fabulæ Æsopi & similes. De arboribus scilicet petentibus Regem. Jadic. 9. De asini umbra, apud Plutarchum in moral. De Lupis sanctentibus æternam pacem cum ovibus hac conditione, ut canes traderent, apud Demosthenem, &c. Fabula Poëtica de aureo freno Palladis, de Orci galea, &c. At hæc & aliæ allegoriæ sunt. Quibus etiam subjiciuntur Mythologiæ, seu enarrationes fabularum.)

Parabolæ sunt similitudines, sumptæ a rebus inanimis vel mutis vel incorporeis. Quales parabola in Evangelio hinc inde propositæ. Sed & hæc Metaphoræ allegoriæ sunt. Εἰς οὖν vero imago seu similitudo illustris, uno verbo expressa, est Metaphora: ut Zachar. 7. v. 12. & Esai. 48. v. 4. Posuerunt cor suum ut adamantem, nervus ferreus cervix eorum & frens eorum ænea. Quanquam, si conjunctim hæc consideres, Metaphora allegorica est.)

Sarcasmus est Ironia acerbior, qua miseris & calamitate oppressis inimici insultant, der Spott zum Schaden, ἀσπάζω, morsus labris (canum more) irrideo & subsanno, ut Matth. 27. v. 40. Vah, qui destruis templum, & tribus diebus iterum

iterum adificas illud. *Servate ipsum: Si Filius Dei es, descende de cruce!* X

X *Antiphrasis* est dictio per contrarium intelligenda, ut, I. Corinth. 8. v. 1. *Scimus, quod omnes scientiam habemus, q. d. scilicet, hinter sich.* *Lucus a luce nomen habet, sed contrarium significat, quasi minime lucidus.* *Bellum a pulchro, cum minime bellum.* *Parca a parcendo, cum nulli parcant.* *Furie infernales dicuntur Eumenides, id est, mites, cum minime sint mites.* Verum ista partim ad notationem Logicam, partim ad Ironiam pertinent. X

X *Μωλνγισμός* est subfannatio, quæ fit gestu magis, quam verbis, qua alium quis naso adunco suspendit, *μωλνγ* enim *nasum seu nasi foramina significat, unde μωλνγίζεσθαι adunco naso suspendere, einen unter die Nase veriren; Nasus enim olim irrisioni dicatus.* X

X *Χαριωλιμός* est, cum dura mollioribus verbis per jocum notantur, ut cum dicit Davus apud Terent. in *Andr. Act. 1. Scen. 2.* *Bona verba queso: Behüt uns Gott für Gabelstichen, die machen drey Löcher.* Huc pertinent illæ formulae: *Dii meliora! Optata loquere; Melius ominare.* Refertur huc *Εὐφρησμός*, quo res *(dios & ingratis nominibus non ingratis designamus.* Sic *Pontus, qui ob accolarum servitiam εὐφρῶν,* & inhospitalis vocatus, *εὐφρῶν, Euxinus nominatus est.* Unde *Marcellinus: A contrario, inquit, per cavillationem Pontus Euxinus appellatur.* Sic jubentur illi *χρίγειν & valere, quos in malam abire crucem volumus.* Sic in sacris I. Reg. 21. v. 10. & Jobi 1. v. 5. *Benedicere usurpatur pro maledicere, &c.* X

X *Ἀσυσμός* longe petitus, & *ἀπγοδόνησις* locus est sive urbana & *salsa irrisio.* Unde & *a Græco ἀσῶν, quod urbem significat, dicitur.* Sic *Philippus Rex Macedonum Persas in suam potestatem redacturus, mittebat exercitum scribens, se comperisse Persas seditione vexari, ideoque se mittere, quod sciret honorum virorum esse, in tali calamitate aliis subvenire.* X

X *Ἀκκισμός* est dissimulatio recusans, quæ maxime cupit: *instar vulpeculae, quæ percutiens cauda arborem, & nullis accidentibus piris, abiens respondit, non cupio: Ich begehr*

12. METONYMIA

est tropus causæ ad effectum, subjecti ad adjunctum, & contra.

(*Definitum est Metonymia, sic dicta a μετα trans, & ὄνομα nomen, quasi traductionem vel translationem & immutationem, & uno verbo transnominacionem vel denominationem dicas. Rhetores Hypallagen vocitant, quia verba pro verbis quasi submutantur, Grammatici Metonymiam nominant, quia nomina transferuntur. Cornificio apud Cic. comm. Rhetor. ad Herenn. lib. 4. denominatio dicitur. Definitionis genus est Tropus, quia Metonymia naturam vocis significationem mutat in aliam. Forma sive differentia specifica a distributione subjectarum partium sumitur. Est enim Metonymia commutatio significationis ex causis ad effecta, ex subjectis ad adjuncta, & contra: ex effectis ad causas, ex adjunctis ad subjecta. Quandoque igitur vocabulum causæ proprium sumitur pro vocabulo rei effectæ, & rei effectæ pro causa: & vocabulum subjecti proprium, pro vocabulo adjuncti: & adjuncti pro subjecto: ista immutatio sive significationum translatio dicitur Metonymia.)*

3. Metonymiæ species sunt quatuor: 1. Metonymia causæ pro effecto. 2. Effecti pro causa. 3. Subjecti pro adjuncto. 4. Adjuncti pro subjecto: quæ vicissim modis suis distinguuntur.

(*Est hoc consecrarium definitionis generalis Metonymiæ. præcedenti theoremate explicata. Qui plures Metonymiæ species effingunt, ad quatuor has generatim reduci possunt. Qui dichotomiarum studiosi sunt, sic procedere possunt. Metonymia est, cum consentaneum ponitur pro consentaneo, id est, cum nomen unum consentaneum argumentum significans adhibetur ad alterum ejus relatam.*

Estque vel consentaneorum absolute, vel modo quodam.

Metonymia absolute consentaneorum, est vel causa vel effecti, &c.

/ 4. METONYMIA CAUSÆ

est. cum nomen causæ ponitur, & intelligitur effectum.

/ 5. Estque duplex; vel efficientis vel materiæ.

/ 6. METONYMIA EFFICIENTIS
est, cum efficiens ponitur pro effecto.

(Quandocumque nomen significans proprie causam efficientem, inventorem scilicet & auctorem, pro vocabulo rei effectæ & inventæ ponitur, Metonymia a causæ efficientis dicitur.)

/ 7. Ejusmodi tres sunt: I. Cum inventor & auctor ponitur pro ipsis rebus effectis & inventis, ut: *Mars pro bello. Ceres pro frugibus. Vulcanus pro igne. Bacchus pro vino.*

/ 8. II. Cum scriptores ponuntur pro ipsis libris sive operibus scriptis, ut: *Virgilius pro libris a Virgilio scriptis. Moses pro libris a Mose scriptis. Livius pro Historia a Livio scripta.*

/ 9. III. Cum causa instrumentalis ponitur pro re instrumento facta, ut: *Manus pro scriptura: lingua, labium & os pro sermone: brachium pro robore.*

Exempla promiscua alia

Gen. II. v. I. *Terra erat labii unius, id est, ejusdem sermonis, qui labiis profertur solet.*

Pfalm II. v. 4. 5. *Disperdat Dominus universa labia dolosa & linguam magniloquam. Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis noster Deus est? id est, sermones vanos & spermeloges. Ubi est Metonym. allegor.*

Pfalm 14. v. 7. *Exultabit Jacob, & Israel letabitur, id est, Israelite.*

Amos 3. v. 10. *Nescierunt facere rectum, dicit Dominus, thesaurizantes iniquitatem & violentiam in aedibus suis, id est, opes, per iniquitatem & violentiam partas.*

Ose. 4.

Ose. 4. v. 8. Ga
guitate eorum dele
criticia peccatorum

Mich. 7. v. 9.

mino impositum.

Matth. 27. v. 24.

stres, id est, supra

Luc. 16. v. 29.

id est, habet hystori

1 Cor. 14. v. 32.

ant, id est, dogma

Dicitur corrigi p

2 Cor. 3. v. 15. H

ita) velamen supra

1 Pet. 4. v. 17.

ita castigatio (qu

incipit ab Eclogia

Cicero pro Ma

percutit, non ita

Virgil. Eclog. 3

cho, id est, vino.

Eclog. 6. —

Quam sibi qua

dedit.

Idem Eclog.

les, id est, dies.

Georg. I. Qu

tere conveniat. p

Mat. 14. Ep

Terent. in

friget Venus.

ca efficientis:

bus, Ceres, L

bus: Inventrix fert

Plinio lib. 7.

comm. in Rhe

Ose. 4. v. 8. *Sacerdotes peccata populi mei comedunt, & iniquitate eorum delectantur.* Per peccata hic intelliguntur sacrificia peccatorum causa oblata.

Mich. 7. v. 9. *Iram Domini portabo, id est, pœnam a Domino impositam.*

Matth. 27. v. 25. *Sanguis ejus veniat super nos & filios nostros, id est, sanguinis injuste effusi pœna.*

Luc. 16. v. 29. *Habent Mosen & Prophetas, illos au liant, id est, habent historiam Mosaicam & oracula Prophetica.*

I Cor. 14. v. 32. *Spiritus Prophetarum Prophetis subjecti sunt, id est, dogmata seu interpretationes Scripturæ ab aliis Doctoribus corrigi possunt.*

2 Cor. 3. v. 15. *Hodie cum legitur Moyfes (lex a Mose tradita) velamen super cordibus eorum positum.*

I Pet. 4. v. 17. *Judicium a domo Dei incipit, id est, pœna seu castigatio (quæ Judicium tanquam causam sequuntur) incipit ab Ecclesia Dei*

Cicero pro Marcell. *Quos amissimus civis, eos Martis vis perculit, non ira victoria, Martis, id est prælii.*

Virgil. Eclog. 5. *Et multo imprimis hilarans convivium Baccho, id est, vino.*

Eclog. 6. — *Nec Phæbo gratior ulla est, Quam sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen, Phæbo, i. e. doctis.*

Idem Eclog. 9. *Cantando puerum memini me condere soles, id est, dies, quia dies Solis effectum est.*

Georg 1. *Quid faciat letas segetes, quo fidere terram vertere conveniat, pro tempore, quod sideris ortu præscribitur.*

Mart. 14. Epig. 190. *Pellibus exiguis arctatur Livius ingens.*

Quem mea non totum bibliotheca capit.

Terent. in Eunuch. Act. 4. Scen. 5. *Sine Cerere & Libero friget Venus.* Allegoria hic est Metonymiæ continuatæ causæ efficientis: *Tres enim hic cumulantur Metonymiæ in vocibus, Cerere, Libero & Venus.* Ponitur enim Ceres pro frugibus: *Inventrix pro re inventa.* Ipsa namque prima frugum inventrix fertur, cum antea glande homines vescerentur, teste Plinio lib. 7. cap. 151. *Liber sive Bacchus pro vino.* (in comm. in Rhet. Tal. cap. 3.) *Venus pro amore.* Ipsa enim

ut Claudius Minos refert, prima meretriciam artem in Cypro instituit, unde vulgo amoris Dea habita, & pro coitu seu libidine ponitur.

CAPUT IV.

METONYMIA MATERIÆ

est, cum materia ponitur pro materiato (re ex materia confecta) ut: *æs*, pro *æneis nummis*. *Corium*, pro *calceo*. *Ferrum*, pro *gladio*.

Cum materia significat rem, quæ ex materia est confecta, vel quando verbum proprie materiam aliquam significans, ad rem materiata[m] significandam transfertur. Metonymia materia dicitur. Sic ferrum & æs sunt materia ferreorum & æneorum armorum. Arma vero ænea & ferrea sunt effectum materiaturum. Quodcumque ergo ferrum & æs ponitur, & intelliguntur nihilominus arma ferrea & ænea, Metonym. materia dicitur.

Exempla promiscua alia.

Gen. 3. v. 15. Semen mulieris conteret caput serpentis, id est, filius e semine mulieris nasciturus.

Gen. 19. v. 8. Ingressi sunt sub umbra tigni mei, id est, tabulati ex tigno facti.

Ibid. v. 19. Terra es, & in terram reverteris, id est, ex terra factus es.

Abac. 3. v. 7. Trepidabunt pelles terræ Median, id est, tabernacula ex pellibus facta.

Psal. 18. v. 5. Faciens misericordiam semini David usque in sempiternum, id est, posteris ex semine Davidis oriundis.

Psal. 35. v. 25. Non videt justum derelictum, nec semen ejus querens panem, id est, posteros.

Ibid. v. 28. Semen impiorum peribit.

Psal. 45. v. 10. Astitit regina a dextris tuis in auro Ophir, id est, in auratis vestibus & ornamentis aureis.

Psal. 68. v. 31. Increpaveram arundinis conculcantem propter beneplacitum argenti, id est, pecunia.

Psal. 115. v. 4. Idola gentium sunt argentum & aurum, id est, ex auro & argento fabrefacta.

Matth.

Matth. 10. v. 9.
 omnis vestris.
 Cic. de Legib.
 Cicer. Verr. 6.
 expostum in adida
 Plautus in Amph.
 quis Vulcanum in co
 ternis omni. Val
 igne su candela
 Virg. Æneid. 4.
 dilorem, id est, gladi
 Æneid. 8. Labra
 les fabrefacta.
 Eclog. 1. Syrtis
 spua ex avena ca
 Ibid. Ludere qua
 ex calamo.
 Ibid. Non anpa
 pro area munda &
 Eclog. 6. Agre
 Eclog. 8. Limin
 lutea statua ex li
 Eclog. 10. In
 Ire: liber Pan
 Spicala: pro
 Horat. Epist. 1.
 Non domus &
 Agreio Domini
 Mantuan libe
 Fecimus, hoc q
 Sic nostrum n

MET
 est, cum et
 obscura dicit
 ceca, quia ca

Matth. 10. v. 9. *Non habebitis aurum neque argentum in
zonis vestris.*

Cic. de Legib. *Æs & ferrum duelli insignia sunt; i. e. arma.*

Cicer. Verr. 6. *Cum essent triclinia strata, argumentumque
expositum in ædibus, id est, argentea supellex.*

Plautus in Amphitruone Act. 1. Scen. 1. *Quo ambulas tu,
qui Vulcanum in cornu conclusus geris? cornu sumitur pro la-
terna cornea. Vulcanus pro Metonym. causæ efficientis, pro
igne seu candela.*

Virg. Æneid. 4. *Quin morere, ut merita es, ferroque averte
dolorem, id est, gladio.*

Æneid. 8. *Labitur uncta vadis abies, id est, navis ex abietibus
fabrefacta.*

Eclog. 1. *Sylvestrem tenui Musam meditaris avena, id est,
fistula ex avenæ culmo facta.*

Ibid. *Ludere quæ vellem calamo permisit agresti, i. e. fistula
ex calamo.*

Ibid. *Non unquam gravis ære domum mihi dextra redibat,
pro ærea moneta & per Synecdoch. speciei pro omni pecunia.*

Eclog. 6. *Agrestem tenui meditabor arundine Musam.*

Eclog. 8. *Limus ut hic durefcit, & hæc ut cera liquefcit, pro
lutea statua ex limo facta.*

Eclog. 10. *Jam mihi per rupes videor lucosque sonanteis*

Ire: liber Partho torquere Cydonia cornu,

Spicula: pro arcu corneo.

Horat. Epist. lib. 1. Epist. 2.

Non domus & fundus non ævis acervus & auris

Ægroto Domini deduxit corpore febres.

Mantuan lib. 2. Parthenic. — *Quod ipsi*

Fecimus, hoc patimur, patres ut amavimus ipsi,

Sic nostrum nos semen amat.

CAPUT V.

METONYMIA EFFECTI

est, cum effectum ponitur pro causa, ut: *Spes
obscura dicitur, quia obscuros efficit. Expectatio
cæca, quia cæcos expectantes reddit. Senectus tristis.*

Adolescentia læta. Mors pallida. Sol calidus. Saturnus frigidus, &c.

(Cum vocabulum proprie effectum seu rem effectam significans usurpatur ad significandam ejus causam, fit per metonymiam Effecti. Dicitur alias Metonymia causati. Sic frigus dicitur pigrum, quia pigros efficit. Hic pigrum esse, est Effectum frigoris, quia frigus frigidos pigros facere creditur. Metonymice autem tribuitur ipsi frigori, tanquam causæ efficienti. Evangelium dicitur lætum. Evangelium igitur est causa efficiens procreans lætitiæ, lætum vero esse est ejusdem effectum, quod Metonymice ipsi Evangelio tribuitur, quia effectum hujusmodi in illis, quibus annuntiatur, efficit. Estque duplex: Metonymia Effecti, cum effectum ponitur pro causa Efficiente, ut in allegatis exemplis, & Metonymia Materiati, cum vox Materiati ponitur pro voce materiæ, ut apud Virgil. *Eclog. 10.*

Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.

Hic sarta ponuntur pro floribus. Sic dicimus in vernacula Wein lesen, vinum ponentes pro uvivis, ein Mantel, Hosen, Wammes, ic. kauffen, pallium, femoralia, thoracem sumentes pro panno, e quibus conficiuntur.)

Exempla promiscua.

Genes. 25. v. 23. *Duæ gentes sunt in utero tuo, id est, duarum gentium autores. Jacob, a quo Israelitæ, & Esau, a quo Edomitæ.*

Deuter. 30. v. 20. *Dominus Deus est vita tua & longitudo dierum tuorum, id est, causa vitæ longævæ.*

2 Reg. 4. v. 40. *Mors est in olla, id est, res mortifera. Germani hoc sensu dicunt, der Trunck sey mein Tod.*

Jerem. 23. v. 6. *Dominus Justitia nostra, id est, causa justificationis nostræ.*

Luc. 11. v. 14. *Ejecit Christus Dæmonium, quod erat mutum, id est, quod hominem, quem possidebat, reddebat mutum.*

Joh. 11. v. 25. *Ego sum resurrectio & vita, id est, resuscitator, seu is, qui ex morte excitare potest.*

Joh. 14. v. 6. *Christus dicit: Ego sum via, veritas & vita, id est, monstrator seu dux viæ, per quam venimus in cælum.*

Pfal.

Pfal. 10. v. 7. &
 ac dolorem efficit
 Pfal. 14. v. 3.
 evocant venen
 Pfal. 19. v. 9.
 nos efficit, vel
 Pfal. 28. v. 10.
 quorum manu
 Pfal. 27. v. 1. Do
 est, a quibus
 Horat. lib. 1. O
 Pallida mors ap
 Regu
 Virgil. *Æneid.*
 natus.
 Et metus, &
 Eclog. 7. —
 Torrida, rem
 dit res torrens &
 Cic. pro Milon
 hominem occisum
 Ibid. Neque v
 ma est in Abis
 quam illam trit
 Condemno, &
 Ibid. Quæ
 nibus effugi, id
 Pro Marcell
 injunctus & s
 / I. M
 est, cum s
 Urbs pro C
 do habitam
 (Taleus et a
 men proprium

Pfal. 10. v. 7. *Sub lingua ejus labor & dolor, hoc est, laborem ac dolorem efficit.*

Pfal. 14. v. 3. *Venenum aspidum sub labiis eorum, hoc est, evomunt venenum.*

Pfal. 19. v. 9. *Præceptum Domini lucidum, id est, lucidos nos efficit, vel lucem in nobis accendit.*

Pfal. 26. v. 10. *In quorum manibus iniquitates sunt, id est, quorum manus iniqua perpetrant.*

Pfal. 27. v. 1. *Dominus est illuminatio mea & salus mea, id est, a quo illuminatio & salus mea.*

Horat. lib. 1. Ode 4.

*Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumque turres, o beate Sexti.*

Virgil. Æneid. 6. *Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus.*

Et metus, & male svada fames, & turpis egestas.

Eclog. 7. — *Jam venit æstas*

*Torrida, jam lato turgent in palmite gemma: quia æstas red-
dit res torritas & palmes homines lætos.*

Cic. pro Milone: *Negant intueri lucem fas esse ei, qui a se hominem occisum esse fatetur, id est, vivere.*

Ibid. *Neque vobis tam salutarem hanc (videlicet A. quæ prima est in Absolvo, & reo salutaris est) in judicando literam, quam illam tristem dedisset (scilicet C. quæ prima est in verbo Condemno, & reo tristitiam affert.)*

Ibid. *Quoties ipse judex, ex P. Clodii telis & ex cruentis manibus effugi, id est, cruorem meum sitientibus.*

Pro Marcell. *insolentem & superbam victoriam dicit, quod insolentes & superbos victores efficiat.*

CAPUT VI.

I. METONYMIA SVBJECTI

est, cum subjectum ponitur pro Adjuncto, ut: Urbs pro Civibus. Mundus pro hominibus, in mundo habitantibus.

(Taleus ita definit cap. 5. Metonymia subjecti est, cum nomen proprium rei subjectæ ad significandam rem adjunctam

tra.

traducitur. Ubi per nomen sicut & in tropis aliis, non intellige solum vocabula nuda, quæ subjecti & adjuncti nomen habent, sed res ipsas nominibus hisce significatas, inter quas est mutua affectio talis, qualis inter subjectum & adjunctum esse solet. Sic, si ponas vocabulum mundi, pro incolis, ponitur nomen subjecti (mundus) pro nomine adjuncti (incolis) intelliguntur autem non nuda nomina, sed res nominibus istis significatæ, quales sunt machina tota cælestis & terrestris (subject.) & homines omniaque animalia in eodem degentia (adjunct.)

2. Modi ejus sunt tres.

(Sumuntur autem modi isti a natura subjecti Logici: quod est recipiens in se, vel ad se, vel circum se, vel occupans. Vid. l. I. Dialect. nostræ. Pro variatione igitur affectionis hujus Metonymiam etiam subjecti hoc loco variant.)

3. PRIMVS modus est, cum I. continens ponitur pro re contenta, ut: *Fœcundi calices, quem non fecere disertum. Calices, id est, vinum in calicibus.* (Horat. *Epist. lib. I. Epist. 5.*)

Sic. Virgil. lib. I. *Aneid.* de Bitia:

Ille Impiger hausit

Spumantem Pateram, & plena se proluit auro.

*calix
in voce*

Ubi duplex est Metonymia: in voce *Pateram*: altera, in voce *Auro*.

(Continens enim respectu sui contenti habet se ut subjectum: Contentum vero ejusdem est adjunctum. Sic calix est continens: vinum in calice est contentum. Continens igitur cum hic tanquam subjectum ponatur, & tamen intelligatur contentum, tanquam adjunctum, Metonymia subjecti est. Nihil hic obstat, quod alii modum hunc ad Synecdochen referunt, ex eo, quia Synecdoche commutat inter se vocabula totius & partium. Totum vero fit, quod contineat partes: & Pars fit, quæ contineatur a toto. Fallac. namque homonym. est in vocabulis continentis & contenti, quæ aliter hic, aliter in loco distributionis accipiuntur. Diversitatem explicat Schnellius in castigat. Rhetor. Adjunctum continetur a subjecto, sed non tanquam a toto, & vicissim subjectum continet adjunctum, non vero tanquam sui aliquam partem constitutivam, sed tanquam accidens, quod ad rem subjectam

LIB
q̄dam omnibus
la qua significat
tes suas continet
accidentaliter
cem largiantur
nymiam vocant
derant hoc quod
vocant Synecdochen
est comprehensio
vocatam)

Ad hunc
II. Cum loc
fit bifariam.
paratur, ut: Urb
rusticis. Hoff
cus pro actio
Curie, pro act
& Sebola, pro
demia habet

(Locus quare
nimium, quæ a
sum, rem locat
subjecti sui ad
locata quasi com
subicitur. Si
eres vero sunt
Igitur res locata
Securitas est subie
lantur. Consi
habentur. Ab
tilata, sunt qu
nons, Consi
diti, modis.)

4. SECU
tur pro re pe

jectam omnibus suis partibus constantem extrinsecus adjungitur. In qua significatione hoc loco accipimus. Totum vero partes suas continet, & hæ vicissim continentur a toto, non quidem accidentaliter, sed essentialiter, ut scilicet essentiam sibi invicem largiantur. Si mavis, ita objectum solves: Qui Metonymiam vocant, respiciunt ad argumenta Logica, id est, considerant hoc, quod continens rei contentæ subjectum est. Qui vero vocant Synecdochen, ipsum vocabulum respiciunt, quod Latinis est comprehensio: ut comprehendens sit continens, comprehensio contentum.)

Ad hunc modum refertur:

II. Cum locus ponitur pro re locata: Id quod fit bifariam. 1. Cum locus pro ipsis incolis usurpatur, ut: *Urbs*, pro urbanis civibus. *Pagus*, pro rusticis. *Hassia*, pro incolis Hassiæ. 2. Cum locus pro actionibus in loco peractis accipitur: *Curia*, pro actionibus in curia habitis: *Academia* & *Schola*, pro disputationibus & lectionibus in Academia habitis.

(Locus quæ ratione ad subjectum referatur, constat ex Logicis, nimirum, quia est spacium recipiens in vel ad se, quasi in finem suum, rem locatam. Res locata vero ei tanquam adjunctum subjecto suo adjungitur. Atque sic locus est quasi continens, res locata quasi contentum. Quæ ratione recte primo huic modo subjicitur. Si urbs est subjectus locus, in quo cives habitant; cives vero sunt res locata. Quando ergo urbs ponitur & intelligitur res locata, cives scilicet, Metonymia subjecti 1. modi est. Sic curia est subjectus locus, in quo actiones a senatoribus ventilantur. Consistorium est locus, in quo consilia a Professoribus habentur. Actiones vero in curia, & consilia in consistorio ventilata, sunt quasi res locata. Cum ergo dico; Curia ita definit, Consistorium hoc decrevit, fit per Metonymiam subjecti 1. modi.)

4. SECUNDUS modus est, cum possessor ponitur pro re possessa, ut: *Jam proximus ardet Ucalegon,*

legon, id est, domus Ucalegonis. (Apud VIRGIL. lib. 2. *Aeneid.*) Est apud me, id est, domi meae. Sic homo dicitur devorari, cujus patrimonium consumitur, QUINTIL. lib. 8. cap. 6.

(Possessor enim est rei possessae subjectum, & res possessa possessoris adjunctum. Sic Ucalegon tanquam possessor est subjectum, domus vero ejusdem est res possessa sive adjunctum. Homo est subjectum; patrimonium, divitiae, opes sunt adjuncta circumstantiae, &c. Atque sic hic modus est subjecti recipientis ad vel circum se.)

5. TERTIUS modus est, cum subjectum occupans ponitur pro adjuncto occupato, ut: Imperator pro militibus. Sic dico, Imperator Romanus vicit 2000. Turcarum. Alexander vicit Darium, Scipio Carthaginem, id est, Exercitus vel milites ipsorum vicerunt.

(Imperator est tanquam subjectum occupans, circa cujus Majestatem & potentiam asserendam, milites tanquam adjuncta occupata varie exercentur & occupantur. Per Metonymiam igitur subjecti dicimus, Imperatorem vicisse, cum tamen adjuncta ejusdem, nempe exercitus, & milites vicerint. Ubi nota 1. Si imperator consideretur ut causa efficiens principalis victoriae, milites vero ut minus principalis, Metonymia subjecti non erit. 2. Referruntur etiam possunt haec exempla ad Synecdochen speciosi pro genere, vel partis pro toto. Nam καὶ ἡγεμὼν Dux pro exercitu ponitur. Sed tamen eodem modo, quo continens & contentum, huc recte referuntur.)

Exempla promiscua alia.

Genes. 3. v. 4. Dixit Serpens ad mulierem (Evam,) id est, diabolus in serpente.

Genes. 6. v. 11. Terra corrupta erat, id est, homines in terra seu incole terrae.

Genes. 41. v. 30. Consumet fames terram, id est, homines, & animalia.

Ibid.

Ibid. v. 17. Om
merent eficas, id e
Esa. 1. v. 2. Au
calum tanquam
mines in terra d
Psal. 2. v. 6. A
in monte Sion
Psal. 9. v. 9. Ju
Psal. 10. v. 11. E
tua (partia.)
Psal. 21. v. 28. C
(papae terra.)
Psal. 27. v. 5. Cal
ris est?
Psal. 30. v. 10.
pulvere sepulchri?)
Psal. 68. v. 32.
ad Deum.
Psal. 82. v. 8. G
Psal. 105. v. 8. G
erum.
Psal. 115. v. 10
minum.
Ibidem verbi
muni Aaron.
Matth. 3. v. 5
lyna & omnis
Matth. 5. v. 29
eum, & abijce
exerit, tanquam ca
Matth. 11. v. 2
Joh. 3. v. 16.
I. Joh. 2. v. 3
non pro nostris a
Cicero pro
tissimi disputan
te vidit M. Her
pro Roma, & 2.

Ibid. v. 57. *Omnes provinciæ veniebant in Ægyptum, ut emerent escas, id est, incolæ provinciarum.*

Esa. 1. v. 2. *Audite cæli, & auribus percipe terra. Hic per cælum tanquam continens intelliguntur Angeli; per terram homines in terra degentes.*

Pfal. 2. v. 6. *Rex super Sion montem sanctum (Ecclesiam in monte Sion sitam.)*

Pfal. 9. v. 9. *Judicabit orbem terræ (homines) in equitate.*

Pfal. 10. v. 11. *Exsurge Domine Deus, & exaltetur manus tua (potentia.)*

Pfal. 22. v. 28. *Convertentur ad Dominum omnes fines terræ (populi terræ.)*

Pfal. 23. v. 5. *Calix (potus) meus inebrians, quam præclarus est?*

Pfal. 30. v. 10. *Nunquid confitebitur tibi pulvis (mortui in pulvere sepulti?)*

Pfal. 68. v. 32. *Æthiopia (Æthiopes) extendet manus suas ad Deum.*

Pfal. 82. v. 8. *Surge Deus, judica terram (homines in terra.)*

Pfal. 105. v. 8. *Ægyptus (Ægyptii) latabatur in profectione eorum.*

Pfal. 115. v. 10. *Domus Aaron (posteritas) speravit in Dominum.*

Ibidem vers. 12. *Benedixit domui Israël, benedixit domui Aaron.*

Matth. 3. v. 5. *Exiit (ad Johannem Baptistam) Hierosolyma & omnis Judæa, & omnis regio circa Jordanem.*

Matth. 5. v. 29. *Si oculus tuus dexter te scandalizat, erue eum, & abjice abs te, id est, resiste libidini, quæ sese in oculo exerit, eamque extingue.*

Matth. 11. v. 21. *Væ tibi Chorazin, Væ tibi Bethsaida.*

Joh. 3. v. 16. *Sic Deus dilexit mundum.*

I. Joh. 2. v. 2. *Christus est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.*

Cicero pro Milone: *In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant? nempe in ea, quæ primum judicium de capite vidit M. Horatii fortissimi viri. Urbs I. Synecdoch. generis, pro Roma, & 2. Urbs Romana vidit, id est, cives Romani.*

Ibid.

Ibid. *Silent leges inter arma, id est, iudices silent, qui secundum leges judicant.* Ponitur hic subjectum occupans pro adjuncto occupato.

Ibid. *Agri ipsi tam beneficium, tam salutarem, tam mansuetum civem desiderant, id est, homines in agris degentes.*

I. de Orat. *Age vero nec semper forum, subsellia, rostra, curiamque mediteris, id est, actiones Rhetoricas in foro, in subsellis, introstris, in curia.* Ubi concurrit Metonymia allegorica.

Idem ad Attic. *Malo tecum apud te (domi tuae) ambulare.*

Terent. in Heaut. *Quid te futurum censes? quem (cujus bona) assidue exedent.*

Virg. Eclog. I. *Pinguis & ingrata premeretur caseus urbi, id est, urbanis.*

Eclog. 2. *Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.* Arbor pro adjunctis floribus ponitur.

CAPUT VII.

I. METONYMIA ADJUNCTI est, cum adjunctum ponitur pro subjecto, ut: *Sapientia pro homine sapiente.*

(Vel Metonymia adjuncti est, cum ex adjunctis significatur res subjecta.)

2. Modi ejus sunt tres.

3. PRIMVS modus est, cum nomina rerum adjunctarum usurpantur pro personis, quibus adjunctae sunt: Cum scilicet nomina virtutum & vitiorum ponuntur pro hominibus, qui virtutibus & vitiis praediti sunt, ut: *Justitia pro homine justo: Temperantia pro temperante: Crudelitas pro crudeli: Avaritia pro avaro.*

(Virtutes & vitia sunt adjuncta inherencia hominis tanquam sui subjecti. Justitia igitur, temperantia, crudelitas, avaritia sunt adjuncta, quae homini justo, temperanti, crudeli, avaro, tanquam subjecto suo insunt. Quando igitur dico: Salomon est ipsa justitia. Scipio est ipsa temperantia, nomen rei adjuncta. *sive.*

see virtutis ponit
plicita, & Scipio
num nota. In
idgr. Ideoque a

(4. SECUNDUM
pro re signata,
Majestate. Teg
pro parentate.
pura te felix, te
fratus.

(Signum adjuncti
atur, subjectum.
Arma signum belli.
gnata est Caesaris a
go hic signum ponit
Adjuncti secundo

(5. TERTIUS
rebus tempor
pro hominibus
peva, o mores
re vivunt, &

(Tempus comm
Dial. no). Res e
ad subjecta refer
erum, qui on se
dicatur, intelligit
gunt.

Genes. 6. v. 1
violentis.

Genes. 42. v

Cani sunt signa

Genes. 49. v

regnum.

Psal. 5. v. 10.

sive virtutis ponitur pro Metonym. Adjunct. pro Salomone, qui justitia, & Scipione, qui temperantia præditus est, &c. Ubi unum nota. In hoc modo semper concurrere hyperbolem sive æv. 1. v. 1. Ideoque allata exempla sunt Metonymicæ Hyperbolice.)

(4. SECUNDUS modus est, cum signum ponitur pro re signata, ut: *Sceptrum Cæsaris, pro Cæsarea Majestate. Toga pro pace. Arma pro bello. Pubes pro juventute.* MARTIAL. Epigr. l. 8. Epist. 8. *Purpura te felix, te colit omnis honos, id est, Magistratus.*

(*Signum adjunctum, est res signata, & quod signo illo significatur, subjectum. Sic sceptrum est signum Cæs. Majestatis. Arma signum belli. Pubes juventutis. Toga pacis. Res vero signata est Cæsarea Majestas, bellum, juvenus, pax. Quando ergo hic signum ponitur & res signata intelligitur, fit per Metonym. Adjuncti secundi modi.)*

(5. TERTIUS modus est, cum tempus ponitur pro rebus temporis subjectis, ut: *Pessimum seculum, pro hominibus pessimis in seculo viventibus. O tempora, o mores! CIC. in 1. Catil. pro iis, qui in tempore vivunt, & vitiosis moribus præditi sunt.*

(*Tempus commune adjunctum rerum omnium est, de quo vid. Dial. nost. Res vero, quæ in tempore sunt, vel fiunt, vel erunt, ad subjecta referuntur. Sic seculum commune adjunctum est eorum, qui in seculo vivunt. Quando ergo seculum pessimum dicitur, intelliguntur Metonymice pessimi illi, qui in seculo degunt.*

Exempla promiscua alia.

Genes. 6. v. 13. *Terra impleta est violentia, id est, hominibus violentis.*

Genes. 42. v. 38. *Deducetis canos meos cum dolore ad inferos. Cani sunt signum senectutis.*

Genes. 49. v. 10. *Non auferetur sceptrum de Juda, id est, regnum.*

Psal. 5. v. 10. *Cor eorum malitia (malitiosum) est.*

C

Psal.

Pfal. 12. v. 1. *Diminuta sunt veritates (veraces, veri, fideles.)*

Pfal. 22. v. 7. *Ego sum opprobrium hominum & abjectio plebis (subjectus homo.)*

Ibid. v. 17. *Consilium malignantium obsedit me, id est, mali consultantes.*

Pfal. 39. v. 7. *Profecto universa vanitas omnis homo vivens. Omnis homo vanitas est, id est, vanus.*

Matth. 10. v. 34. *Non veni missurus pacem, sed gladium, id est, discordiam, cujus signum est gladius.*

Matth. 16. v. 19. *Dabo tibi claves regni caelorum, id est, potestatem.*

Rom. 11. v. 7. *Electio consecuta est, id est, electi.*

Terent. in Adelph. Act. 3. Sc. 4. *Tu quantus quantus, nil nisi sapientia es. Per sapientiam intelligit sapientem Demeam.*

Id. And. Act. 2. Sc. 1. *Abi hinc in malam rem cum suspitione isthac scelus, & Sc. 3. Uxorem his moribus dabit nemo, id est, temporibus praeditis moribus.*

Cicer. pro Mil. *Mors P. Clodii salus vestra fuerit, id est, vobis saluti erit.*

Id. *Quid comitatus nostri, quid gladii volunt?*

Ibid. *Si vita nostra in aliquas insidias, si in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidisset: vita nostra, id est, nos ipsi: insidias, id est, hostes; in vim, id est, vim inferentes: tela latronum, id est, telis armatos latrones, Allegoria Metonym.*

Cic. Orat. 2. in Catilin. *Ex hac enim parte pudor pugnat, illinc petulantia: hinc pudicitia, illinc stuprum: hinc fides, illinc fraudatio: hinc pietas, illinc scelus: hinc constantia, illinc furor: hinc honestas, illinc turpitudine: hinc continentia, illinc libido, id est, pudici, petulantes, &c. elegans allegor. Metonym.*

Cic. div. in Verr. *Quas res luxuries, in Flagitiis, crudelitas in suppliciis, avaritia in rapinis, superbia in contumeliis efficere potuisset, &c. id est, luxuriosi, crudeles, &c. quae alleg. rursus est Metonym.*

De Senect. *Libidinosa & intemperans adolescentia effectum corpus tradit senectuti, id est, juvenes & senes. Ubi Meton. effect. libidinosa, id est, quae libidinosos efficit.*

Terent.

Terent. Eunu
factis, scelus, ad
Virg. Georg.
fletit, & in fidi
rio, & purpura
I elog. 4. In
pr. natura, fig
Natura lib.
Festus, Jan
Urb. duem.
Lib. eod. Otia
Nobiles ducit
Sider infignes
Mouh
Sic idem (in
mali
Et nisi coran
Idem (in Car
Est opus arde
Nec
Idem lib. 2. d
bitas, adisq
Tempora nan
Est scelus est
Cedant arm
Offic. & Orat.
n a, id est, bellu
eque signum est
(Unus hoc mo
rim a est: quon
jedi. Adjunct. t
que cu horam tu
est tropus
(Hic est, cu
contrarium; d

Terent. Eunuch. Act. 5. Sc. 4. *Ego pol te pro istis dictis & factis, scelus, ulciscar, ut ne impune in nos illuseris.*

Virg. Georg. 2. *Non illum populi fasces, non purpura regum flexit, & in fidos agitans discordia fratres.* Fasces pro imperio, & purpura pro Magistratu Romano, cujus insigne erat.

I clog. 4. *Incultisque rubens pendebit sentibus uva.* Rubens pro matura, signum pro signato.

N. antuan. lib. 1. Sylvar. ——— *Si sancta futura est Posteritas, sanctos primum decet esse parentes.* (Ad Frideric. Urbis. ducem.)

Lib. eod. *Otium clari fugiunt honores,*

Nobiles ducit labor ad triumphos,

Sudor insignes iter ad Coronas.

Monstrat apertum. Sign. pro re signata.

Sic idem (in Carm. de contem. mort.) *Certandum est, nulli veniunt sine Marte triumpho,*

Et nisi certanti nulla corona datur.

Idem (in Carm. cont. Poetas impud. loquentes)

Est opus ardentem frenis arcere juventam,

Nec sinere in mores luxuriare malos.

Idem lib. 2. de calamit. temp. *Usque adeo invisata est probitas, odiosaque virtus.*

Tempore namque isto vitio datur esse pudicum,

Est scelus esse pius. seculi haec est gloria nostri.

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ, (Cic. lib. 1. Offic. & Orat. in Pison.) *Ubi est allegor. Metonym. signi, arma, id est, bellum, togæ, id est, paci, laurea, id est, triumphus, cujus signum est laurus.*

(Unum hic nota. Frequentia Metonymia & ubertas longe maxima est: quam late enim patent in Logicis causa, effecta, Subject. Adjunct. tam late etiam ferme in Rhetoricis Metonymia, quæ ex horum nominibus inter se commutatis oritur, patet.)

CAPUT VIII.

I. IRONIA

est tropus a contrario ad contrarium.

(Hoc est, cum contrarium ponitur & intelligitur ejus contrarium; seu: cum nomen contrarii pro nomine contra-

rii relati ponitur. *Vel* cum ex re nominata res huic contraria intelligitur, ut: cum nominato aliquem *pium, probum & modestum, & intelligo eum tamen impium, improbum & dissolutum.* Definitum hic est Ironia. Dicitur *εἰρωνία* simulator, dissimulator, cavillator, irrisor & illusor; *Ἐἰρωνεία* vero *simulatio, dissimulatio, dissimulatio, irrisio & illusio.* *Ἐἰρωνεύω* est illudo, cavillor. Definitionis genus est Tropus. Forma a subjecto sumitur. Est autem tropus a contrario ad contrarium: non a dissentaneo ad dissentaneum, quia non omnia dissentanea, sed sola contraria per Ironiam vicissim retrorsum inter se commutantur. Ex diversis enim nunquam: ex disparatis vix unquam Ironia existet.)

2. Ironia alia oritur ex contrariis affirmantibus, Relatis scilicet & Adversis: alia ex negantibus Contradicientibus scilicet & Privantibus.

(Quemadmodum in Logicis contraria sunt duplicia, alia affirmantia, alia negantia: Ita Ironia quoque generatim alia erit ex affirmantibus, alia ex negantibus. Quod si dichotomis procedere velis, in suis iterum modis quibus ex Logicis distribuere poteris. Fontes igitur Ironia & quasi parentes sunt contraria quatuor, Relata, Adversa, Contradicientia, Privantia.)

3. Ironia ex Relatis est, cum relatum ponitur pro correlato, ut: cum dicitur *pater pro filio, servus pro domino, obsequi pro imperare, dare pro accipere.*

4. Ironia ex Adversis est, cum adversum ponitur pro adverso, ut: si sumatur *bonus pro malo. Bene vel male, pro male vel probe. Virtus pro vitio. Adolescentula pro vetula. Albam pro nigro.*

5. Ironia ex contradicientibus est, cum contradicens ponitur pro contradicente, ut si ponamus: *Non dico, pro dico. Non agam, pro maxime agam.*

(Dico, non dico. Non agam, agam, sunt contradicientia. Cum ergo quis dicit, se non dicturum vel acturum esse de istis vel istis,

et tamen eo ipso, a
de illis, Ironia est
Negatio, cuius
ponit: Non agam
fies obtinerem: A
pessis. Item (C
tempus incantum
parietes in adific
verborum: Item
arbitri, ad ista
paulatim de erant
formas et ob
illa contra te non

6. Ironia ex
nitur pro hab
pro ceco, cecum
dices pro paup

(Huc pertinet
nos similes &
eloquunt. Cui
fileo, relinquo,
rar de illis, &c.

Quid memorem
Æneid. 10. Qu
Cic. pro Cluent
nefarias generi
trivium filiam
ror. Præterea,
Item: (Lib. 4
quam tu omni
idoneum putare

7. Ironia
& Acerbior.

8. Mitior
cismus & M
cterismus. D

& tamen eo ipso, dum dicit, se non dicturum vel acturum, agit de illis, Ironia est ex contradicentibus. Huc pertinet ἀποφάσις Negatio, cujus Talæus hæc exempla ex Cicer. (Verrin. I.) proponit: Non agam tecum jure summo: Non dicam, quod fortassis obtinerem: Nec ea dico, quæ si dicam, tamen infirmare non possis. Item (Orat. in Vatin.) Atque illud tenebrosissimum tempus ineuntis ætatis tuæ patiar latere, licet impune per me parietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris. Item (Orat. pro Roscio) Erucii criminatio tota, ut arbitror, dissoluta est, nisi forte expectatis, ut illa diluam, quæ de peculatu ac de ejusmodi rebus commentitiis objecit. Ubi nota Formulas ἀποφάσεως esse ut plurimum: Non dicam, non agam, illis contra te non utar & similes.)

6. Ironia ex privantibus est, cum privatio ponitur pro habitu, & contra: Si videns ponatur pro cæco, cæcus pro oculato. Pauper pro divite, dives pro paupere.

(Huc pertinet παράλειψις five præteritio, cum tacituros nos simulamus & præterituros five missiros ea, quæ tamen eloquimur. Cujus hæc sunt formulæ. Prætereo, mitto, taceo, fileo, relinquo, non memorabo & repetam illa: nihil querar de illis, &c. Cum tamen memorem & repetam, ut Æneid. 8. Quid memorem infandas cædes: quid facta Tyranni effera? Æneid. 10. Quid repetam exustas Erycino in littore classes? Cic. pro Cluent. Mitto illam primam libidinis injuriam: mitto nefarias generi nuptias, mitto cupiditate matris expulsam matrimonio filiam &c. Nihil de alteris Oppianici nuptiis queror. Prætereo, quod eam sibi domum sedemque delegit, &c. Item: (Lib. 4. Rhet. ad Herenn.) De pueritia quidem tua, quam tu omni intemperantia adduxisti, dicerem, si hoc tempus idoneum putarem: nunc consulto relinquo.)

7. Ironia (ratione adjuncti) duplex est: Mitior & Acerbior.

8. Mitior est Charientismus, Asteismus, Accismus & Mimesis. Acerbior: Sarcasmus & Mysterismus. De quibus omnibus vide supra cap. 3.

(*Duo hic nota: Percipitur Ironia tribus modis, vel 1. rei, vel 2. prononciationis, vel 3. utriusque diffensione. Talæus lib. 1. Rhet. c. 7. Fab. 1. 8. c. 6. Cum enim aliter sonant verba (voces, vocabula) quam res est, vel aliter prononciantur, vel resu, cachinnis, aliisque gestibus proferuntur, vel etiam res & prononciatio a verbis dissentiant, vocem menti contrariam deprehendimus, adeoque Ironiam esse agnoscamus. 2. Cum Ironia nunquam concurrunt etiam alii tropi, ut cum dico: Lumen Reip. nostræ venit, id est, dedecus. Item: Sus Minervam docet. Hic enim Metaphora & Ironia concurrunt.)*

Exempla promiscua.

Gen. 3. v. 22. Ecce Adam evasit sicut unus ex nobis, sciens bonum & malum, i. e. minime consecutus est, quod ex Diaboli promisso sperabat, nempe æqualem gloriam cum Deo: sed contra jædam nuditatem sibi attraxit.

1. Reg. 18. v. 27. Elias Sacerdotibus Baal illudit: *Clamate voce majore. Deus enim vester forsitan occupatus, aut peregre est, aut dormit, ut excitetur.*

Zachar. 1. v. 13. Magnificum pretium, quo pretiose aestimatus sum ab illis, id est, minime magnificum, sed admodum vile.

Matth. 22. v. 21. Amice, quomodo hic intrasti, non habens vestem nuptialem.

Matth. 26. v. 45. Dormite quod superest, & requiescite, id est, nolite dormire, sed vigilate.

Matth. 27. v. 40. Si es filius Dei, descende de cruce.

Marc. 7. v. 9. Sane bene abrogatis mandatum Dei, ut traditionem vestram servetis, id est, pessime ac perversissime agitis.

Joh. 9. v. 14. Ait Pilatus: Ecce Rex vester.

1 Cor. 6. v. 4. Contemptores qui sunt, hos ad judicandum constituite. Aperta est ironia, præsertim cum sequatur: *Ad pudorem vestrum dico.*

1 Cor. 15. v. 55. ex Osea. *Ubi tua, o mors, victoria? ubi tuus, o sepulchrum, stimulus?*

Hebr. 11. v. 30. *Et quid præterea loquor? Deficit enim me tempus commemorantem de Gedeone, de Barac & Samsone, Jephthe, nec non Davide & Samuele.*

Cicer. in Clod. *Integritas tua te servavit (crede mihi) pudor eripuit; vita anteacta servavit. Ubi insignis est allegoria, Ironia*

LIB
 Irenia scilicet com
 enimo. 2. servat
 4. eripuit, pro p
 nam partem acc
 tutum studio, de
 rum servavit pro
 De Natu. Des
 amicum grandis p
 aureum amicum
 sane quæ, quæ
 Pro domo sua
 ligialum, & si
 monse eum, mada
 stitutum non opor
 as, homo sanatus.
 Quæ autem etiam
 Deus satis posse p
 implicites?
 In 1. Catilin.
 uris nuptiis dom
 lere hoc scelus cum
 filii, ne in huc
 aut non vindicat
 tuarum, quas en
 Sic Cicero:
 violatorem em
 Juliano Apoft
 usus, dicebat:
 regum celestis.
 Cicer. pro C
 tercederet omni
 cere, semper
 Ovid. (Lib
 Venit
 Virgil. Et
 refertis.
 Tuque puer

Ironia scilicet continuata sextuplex. 1. integritas, pro malevolò animo. 2. servavit, pro perdidit. 3. pudor, pro impudentia. 4. eripuit, pro perdidit. 5. vita antea acta, quæ primo in bonam partem accipitur per Synecdochen pro vita bona ac virtutum studio, deinde Ironice pro vitiis intelliguntur. 6. iterum servavit pro perdidit.

De Natur. Deor. Dionysius Jovi Olympio detraxit aureum amiculum grandi pondere, Ironice inquit: Æstare grave esse aureum amiculum, hyeme frigidum. Idcirco pallium laneum statue iniecit, quod esset aptum ad omne anni tempus.

Pro domo sua: *Aspicite, aspicite Pontifices, hominem religiosum, & si vobis videtur (quod est bonorum Pontificum,) monete eum, modum quendam esse religionis, nimium esse superstitiosum non oportere. Quid tibi necesse fuit anili superstitione, homo fanaticæ, sacrificium, quod alienæ domi fieret, invisere? Quæ autem te tanta imbecillitas mentis tenuit, ut non putares, Deos satis posse placari, nisi etiam muliebribus religionibus te implicuisses?*

In I. Catilin. *Quid vero? nuper, cum morte superioris uxoris novis nuptiis domum vacuam fecisses, nonne alio incredibili scelere hoc scelus cumulaisti? quod ego prætermitto & facile patior sileri, ne in hac civitate tanta facinoris immanitas aut extitisse aut non vindicata esse videatur. Prætermitte ruinas fortunarum tuarum, quas omnes impendere tibi proximis Idibus senties.*

Sic Cicero: *Verrem hominem sanctum, & Clodium impurum violatorem omnium sacrerum, castum Sacerdotem appellat. Sic Julianus Apostata ereptis Ecclesiæ redditibus, Ironia acerbissima usus, dicebat: Se facere hoc modo Christianos expeditiores ad regnum cæleste, quia scriptum esset: Beati pauperes.*

Cicer. pro Cælio: *Quod facerem vehementius nisi mihi intercederent inimicitia cum istius mulieris viro, fratre volui dicere, semper hic erro.*

Ovid. (Lib. 2. de arte amand.) *Aurea nunc vere sunt secula, plurimus auro*

Venit honos, auro conciliatur amor.

Virgil. Æneid. 4. *Egregiam vero laudem & spolia ampla refertis.*

Tuque puerque tuus, magnum & memorabile nomen.

Terent. Andr. Act. I. Scen. 2. *Id populus curat scilicet.*

Ibid. *Bona verba queso!*

Act. 2. Scen. 2. Charin. *Adeone ad eum? Birria. Qui tui? si nihil impetres, ut te arbitretur sibi paratum mœchum, si illam duxerit.*

Idem Eunach. Act. 2. Sc. 2. *Scitum hercle hominem. Hæc homines prorsus ex stultis insanos facit. Et ibid. Gnatho: Ecquid beo te? Parm. Mene? Papæ. G. sic soleo amicos P. laudo G. Detineo te fortasse. Vide locum, qui totus est Ironicus.*

CAPUT IX.

METAPHORA

est, quando ex simili significatur simile, ut: *Incendi gloriæ cupiditate, ardere ira, gannire, latrare, flumen ingenii.*

(*Definitum est Metaphora sic dicta a μεταφῆρα transferre, q. d. translatio vel mutatio, quia verbum a simili mutuatur, hoc est verbum seu vocem non in propria significatione ponit, sed in alienam, cognatam tamen vel similem transfert. Definitionis genus reticetur, subintelligitur autem Tropus, Forma sumitur e subiecta materia, e qua de sumpta, nempe ex comparatione similium. Unde a Fab. l. 8. c. 6. brevis similitudo definitur, & aliud nil est, quam Tropus similitudinis ad unum verbum contractæ. Exempli gratia: Eclog. 7. & 3.*

Omnia nunc rident, nunc formosissimus annus, inquit *Poeta de Verre. Metaphora sumta ab hominibus. Quemadmodum enim homo, cum hilaris est, ridet; ita etiam agri floribus graminibusque vestiti sunt amœni, & sic homini ridenti similes. Vocabulum igitur ridere in homine proprium, agris & sylvis attribui proprie non potest: Interim tamen, quia hæc homini ridenti similia sunt, verbum ridendi ab hominibus propter similitudinem transfero ad agros & sylvas, eaque ridere dico, eo quod amœna sunt, & quandam cum homine ridente similitudinem seu communionem habent. Par esto iudicium de exemplis reliquis. Unum hic nota. Aristoteles omnes tropos sub metaphora comprehendit. At accipit vocem in latiori significatione. Significat enim Metaphora in genere*

TRANS-

translationem.
ad significandum
q. d. Si vero str
cipitur pro ea m
mutat, omnino

la A

I. Omnis f
Vel: In omni
militudo cont

(Ut que simili
trahitur ad unum
Bruto: Quisdam
minis conficiunt
latare. Sunt ut
gatione considera
modatio (Rama
noti) ut Christi
in palmisibus.
ganur, ab eaque
Accommodatio
eque dependant

II. Nihil e
tate, unde n
stantissimæ t
Deo & rebus
excellenti. V
& laudatiss
rato. Ang

(Sic Virgil
Deus nobis tra
Deus. Cic. 2.
tu mihi semper
genere DEUS.

translationem. Jam vero in omni tropo est translatio quedam ad significandum id, quod in nativa vocis significatione non est. Si vero strictam vocis significationem respicias, qua accipitur pro ea tropi specie, quæ similium inter se voces commutat, omnibus tropis attribui nequitiam potest.)

In Metaphora observandi seqq.

CANONES.

I. Omnis similitudo contracta est Metaphora. Vel: In omni Metaphora (translationem) est similitudo contracta.

(Ut quæ similitudo est hominis ridentis & veris, ea contrahitur ad unum verbum ridere. Sic cum dicit Cicero in Bruto: *Quidam Oratores latrant*, hic quæ similitudo est hominis conviciantis & canis, ea contrahitur ad unum verbum latrare. Sunt autem in omni translationis ejusque explanatione consideranda duo: 1. Res ipsa. 2. Ejusdem accommodatio (Ramæi Protasin & Apodosin nominant. Vid. Dial. nost.) ut *Christiani sunt palmites*, Johann. 15. id est, *similes palmitibus*. Hic res ipsa. *Sicut palmites ex vite propagantur, ab eaque dependentes succum & vigorem accipiunt*: Accommodatio. *Ita Christiani ex Christo propagantur, ab eoque dependentes salutem & vitam æternam percipiunt, &c.*

II. Nihil quicquam est in tota rerum universitate, unde non possit desumi Metaphora. Præstantissimæ tamen sunt, quæ sumuntur vel 1. a Deo & rebus cœlestibus, ut: *Divina virtus, pro excellenti*. *Divinus vir, pro insigni & admirando & laudatissimo*. *Angelus, pro homine bene morato*. *Angelica puritas, pro summa*.

(Sic Virgilius Augustum Deum nuncupat: *O Melibœe, Deus nobis hæc omnia fecit*. Namque erit ille mihi semper Deus. Cic. 2. de Orat. *Quæ dispositio argumentorum, in qua tu mihi semper DEUS videri soles*. Vide, quam sis in isto genere DEUS. Ibid. *Divinitatem oratoris pro excellenti qua-*

dam facultate ponit: & divinitatem in causis dicentis pro eloquentia quadam singulari.)

Vel 2. a sensibus, ut *videre* (a sensu oculorum) pro *intelligere*, *murmur maris* (ab auditu), *dulcedo orationis* (a gustu), *odorari pro cognoscere* (ab olfactu), *mollis sermo* (a tactu.)

(In his autem maxime excellunt, quæ a sensu oculorum desumuntur. Est enim visus sensus acerrimus, ac pene in conspectu ponit, quod cernere alioquin & videre non possumus, juxta illud Horatii in Art.

*Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus, & quæ
Ipse sibi tradit spectator.)*

Vel 3. ab elementis, utputa ab igne, ut: *exardescere ira: incendi cupiditate: vestinguerie incendium Reipublicæ.*

(Cic. 1. de Tusc. *Honos alit artes, omnesque incendimur ad studia gloria.* Tusc. 3. *Natura nobis dedit parvos igniculos.* 3. de Orat. *Qui in eadem invidiæ flamma fuisset.* Virg. Æneid. 4. *Agnosco veteris vestigia flamma.* Item: *Incenditque animum dictis: & Ardet abire fuga.* Eccl. 6. *Ardens evexit ad æthera virtus.* Ovid. *Quis enim celaverit ignem, Lumine qui semper proditur ipse suo?* Terent. (Epist. 15. Eunuch. Act. 1. Scen. 3.) *Accede ad ignem hunc & incalesces plus satis.*

Vel 4. ab aëre, ut: *Spirare minas. Tempestas belli. Ventuosus homo, pro levi. Tempora nubila, pro infelicibus.*

(Sic quia aër proprie serenus est, huc pertinent similia exempla. Virgil. (1. Æneid.) *Cælum tempestatesque feremat.* Item: (4. Æneid.) *Spem fronte feremat.* Sic quia fulmina in aëris regionibus conficiuntur, pertinent huc exempla a fulmine ducta, ut Cicero: *Duo fulmina nostri imperii subito in Hispania Cn. & P. Scipiones occidunt.* Cic. (pro Cornel. Balb.) *Duo fulmina belli Scipiadæ.* (Virg. 6. Æneid.)

Vel

Vel 5. ab aqua, ut: *Flumen ingenii. Procellæ & fluctus sermonum. Ex luxuria manat audacia.*

(Sic frequenter *Μεταφορικῶς* accipiuntur hæc verba: fons, rivus, fluere, fluctuare, haurire, exhaurire, tempestas &c. Cic. in Tusc. de Platon. *Aureum flumen eloquentiæ.* 1. *Offic. In rebus prosperis ad vestram voluntatem fluentibus.* 2. de Orat. *Tardi est ingenii, rivulos consuetari, fontes rerum non videre.* 1. Anton. *Habet secum L. fratrem. Quem gurgitem, quam voraginem, quid eum non absorbere animo, quid non haurire cogitatione, cujus sanguinem non bibere censeatis?* Ubi est allegor. Metaph.)

Vel 6. a terra, ut: *obruere oblivione, obrui vino, vino sepeliri, sementem facere.*

(Elegans est Metaphora allegor. Gal. 6. v. 7. 8. *Quicquid homo seminaverit, hoc etiam metet. Nam qui seminat in carne sua, de carne etiam corruptionem metet: qui autem seminat in Spiritu, vitam æternam metet.* Sic Plaut. (in Epid. Act. 5. Sc. 2.) *Acerbum est pro benefactis, cum mali messem metat.* Virg. (*Æneid. lib. 2.*) *incedunt urbem somno vinoque sepultam.*)

Vel 7. a brutis. *Sic falsi doctores nominantur lupi rapaces, vulpes, canes muti, latrare nescientes.*

(Hoc sensu sæpissime propriis animalium adjunctis Metaphorice uti solemus, ut grunnire homines dicuntur, quod porcorum tamen proprium est: mugire, quod boum: rudere, quod asinorum: balare, quod ovium: latrare, quod canum: gannire quod vulpium: serpere, quod serpentum: ululare, quod luporum: volitare, quod avium: aculeis ferire, quod apum. Sic Tit. 1. v. 22. *dicitur: Cretenses semper mendaces, malæ ferae,* Luc. 13. v. 32. *Dicite vulpi isti (Herodi.)* 1 Sam. 24. v. 15. *Dicit David ad Saulem: Quem persequeris? Canem mortuum, pulicem unum, id est, hominem vilissimum, quæ est *μειωσις* hyperbol. Quid nunc te, asine, literas doceam?* Cicer. in Pison. *Mutuam muli scabunt, quando homines scelerati mutuas operas tradunt.* (Vid. Adag. Erasim.)

Vel

Vel 8. a corpore, ut: *Virtutem ne de facie quidem nosse*, CIC. in Pis. *Refricare præterita facta.* Ibid.

(Sic dicitur Verres apud Cicer. *labes imperii stragesque provincia.* It. in Pison. *Mitto aurum coronarium, quod te diuissime torisit. Accepta & dovorata pecunia centum talenta evomere non poterat.*

Vel 9. ab artibus, ut: *Teneve clavum Reipublicæ. Limare Orationem. Expolire animum. Diffuere amicitiam.*

(Quo sensu & sapius usurpantur verba formare, pingere, tangere, sarcire, texere, pertexere, concoquere, expiscari, ut: *Telum Orationis pertexere, iram concoquere, usuram temporis sarcire, &c. quæ translationes sunt suaves admodum & lepida*)

Vel 10. a rebus inanimatis ad res animatas, ut: *jacere fundamentum, fenestram patefacere ad nequitiam, domus officina nequitiae, diversorium flagitiorum omnium*, CIC. pro Rosc.

(Sic. Cic. (pro Planc. 3. Catil. in Tusc. pro Sext.) dicit: *Qua volui janua ingressus sum in causam. Firmissimo me septum muro arbitrabor. Amputare non solum ramos miseriarum, sed & radicum fibras evellere. Orationum flosculos carpere.*

Vel 11. ab animatis ad res inanimatas. *Sic parietes dicuntur existere, fluvii absorbere, scopuli minari.*

(Sunt hæ Metaphoræ hyperbolicæ, cum rebus inanimatis actum tribuimus & animas damus, e quibus mira orationis oritur sublimitas. Sic Cicero pro Marcello: *Parietes, medius fidius C. Cæsar, ut mihi videtur hujus curiæ tibi gratias agere gestiunt.* Virgil. (Æneid. 1.) *Geminique minantur in cælum scopuli.* Et 2. *Pontem indignatus Araxes* (fluvius Armeniæ, Pontem enim ab Alexandro Magno constructum dicitur

dicitur evertisse.)
color. Æneid. 4

Vel denique

III. CANO

ficata.

(Itaque omni

re, ut: *non timor*

clarior quam per

plicari non possent

resque dictis atque

ne confirmare. Vi

figit. Brevius al

missum est. De

Orat. lib. 3.)

IV. Metap

(Est quidem

notum cap.

quia eidem pro

castam, non obse

id est, *dedecus*

debilitata. Cic.

di obscenitas

V. Meta

(Est hæc g

tasphoræ speciat

dere debet. Q

efficit. Sic lon

digum voces Ch

vorago bonorum

lius enim, Cic

ad illa, quæ an

VI. Meta

castigatione

(Idem in g

theorem. 6. U

dis: Schola est

dicitur evertisse.) Eclog. 4. *Nec varios discēs mentiri lana
colores. Æneid. 4. Vocat jam Carbasius auras.*)

Vel denique 12. a rebus promiscue aliis.

III. CANON. Metaphora sit illustrior re signi-
ficata.

(Itaque omnis translatio debet vel I. rem clariorem face-
re, ut: *mare inhorrescit, cælum tonitru contremiscit.* Hæc
clarius quam per hanc ipsam similitud. Metaphoricam ex-
plicari non possent. Vel 2. magis significare, ut: *circum-
vestire dictis atque sepire, significantius dicitur, quam oratio-
ne confirmare.* Vel 3. brevibus exponere, ut: *Telum manu
fugit.* Brevius aliquando est, quam si dicas: *Telum manu
emissum est.* Dresser. lib. I. eloc. Rhet. Confer. Cic. de
Orat. lib. 3.)

IV. Metaphora sit verecunda.

(Est quidem hæc generalis Troporum qualitas, ut supra
notavimus cap. I. in specie autem Metaphoræ applicatur,
quia eidem pro reliquis tropis competit, translationem esse
castam, non obscenam. *Sic si dicas, ille est stercus curiæ,*
id est, *deditus: castrata est Respublica Africani morte, id est,
debilitata.* Cic. I. 3. Orat. Hic *stercus* & verbum *castran-
di* obscenius & indignius est castis auribus.)

V. Metaphora non sit longius petita.

(Est & hæc generalis Tropi qualitas, quæ pari ratione Me-
taphoræ speciatim applicatur, quia hæc rem illustriorem red-
dere debet. Quod si ergo longius petita, obscuriorem rem
efficit. Sic longius petita est Metaphora, si hominem pro-
digum voces *Charybdim* bonorum: pro qua rectius dicitur,
vorago bonorum. *Syrtes* patrimonii, pro gurgite. Faci-
lius enim, Cicer. 3. de Orat. teste, ad ea, quæ visa, quam
ad illa, quæ audita sunt, mentis oculi feruntur.)

VI. Metaphora si durior videatur, epilexi five
castigatione est mollienda.

(Idem in genere supra monuimus de Catachresi cap. 2.
theorem. 6. *Ubi epilexis hujus formas propositurmus, ut cum
dico: Schola est officina eruditionis, & ut ita dicam, semi-
narium*

narium sapientiae. *Hic tō seminarium a propria significatio-
ne transfertur, & quidem duriuscule, idcirco additur epiple-
xis, ut ita dicam, castigationis ergo, ut Metaphora mollior
reddatur.)*

VII. in Metaphora debet esse analogia five proportio.

*(Itaque neque major, neque minor, neque latior, neque an-
gustior, quam res postulat. Sic Paulus dicit Phil. 2. v. 23.
Desiderium habeo distolvi & esse cum Christo. Ubi in Græ-
co est τὸ ἀναλίσσαι. Quæ Metaphora sumpta est ab agricolis,
qui vesperi fessos boves jugo solvunt, ut quieti se dare possint.
Et quidem analogia est. Quia revera vita hæc laboriosa
& misera jugum est, a quo omnes pii per mortem liberantur,
& ad æternam requiem perveniunt. Vitiose vero dicitur, cœli
fornices, pro Sphæra. Est enim dissimilis Metaphora. Tem-
pestas commestationis. Est enim dissimilis Metaphora. Tem-
pestas commestationis. Est enim major. Verruca pro monte.
Est enim minor. Vide Cic. 3. de Orat. & Quint. lib. 8. c. 6.)*

VIII. Metaphora ut nullus tropus est floren- tior, ita & Allegoriæ ac Hyperbolæ in eadem sunt illustrissimæ.

*(Hujus rei gratia Allegoria etiam soli Metaphora a vete-
ribus assignata. Verum male, cum & reliquis tropis competat.
Exemplum insigne Allegor. Metaph. habet Cic. lib. 3. Orat.
de Corace (qui primus Rhetoricæ artis magister putatur.)
Quare Coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos
excludere in nido, qui evolent clamatores odiosi ac molesti?
1. excludere, id est, perfectos reddere. 2. pullos, id est, disci-
pulos. 3. in nido, id est, Schola sua. 4. qui evolent, id est,
in forum se conferant.)*

Exempla promiscua alia.

Gen. 4. v. 10. *Ecce vocem sanguinis fratris tui clamantis
ad me de terra.* Metaph. illustris, rei inanimatæ sensum actum-
que tribuit.

Ibid. v. 11. *Terra os suum aperuit ad excipiendum sangui-
nem fratris tui.*

Gen.

Gen. 11. v. 4.
in colum. id est
Genes. 33. v.
Dei. Quæ est
declaratur.
Psal. 6. v. 7.
lachrymis meis
citur, quam res
Psal. 36. v. 9.
rem captatis
Psal. 42. v. 3.
mea mihi sunt
Psal. 46. v. 2.
Psal. 51. v. 9.
lis me & super
Psal. 53. v. 5.
Psal. 57. v. 6.
erum arma &
Psal. 58. v. 7.
Psal. 65. v. 12.
fillant pinguedi
exultatione colle
Psal. 114. v.
trosum, monu-
um, &c. Ubi il-
inanimatis acti-
Math. 3. v.
omnis arbor fra-
Math. 7. v.
Math. 11. T-
tudinibus.
Luc. 8. v. 4.
est allegorica.
Rom. 12. v.
tua indebita
I. Cor. 9. v.
tat vineam &
de lacte gregis

Gen. II. v. 4. *Extruamus turrim, cuius fastigium assurgat in caelum, id est, quam altissime.*

Genes. 33. v. 10. *Sic vidi faciem tuam, q. viderim vultum Dei.* Quæ est Hyperbol. Metaphor. qua gaudii magnitudo declaratur.

Pfal. 6. v. 7. *Natare facio lectum meum per totam noctem in lachrymis meis.* Ubi ad exprimendum angoris vim plus dicitur, quam res est.

Pfal. 36. v. 9. *Inebriabuntur pinguedine domus tua & torrente voluptatis potabis eos.* Allegor.

Pfal. 42. v. 3. *Sitivit anima mea ad Dominum, & lachrymæ meæ mihi sunt panis.*

Pfal. 46. v. 2. *Transferentur montes in cor (medium) maris.*

Pfal. 51. v. 9. *Expiare velis me byssopo & mundabor, lavabis me & super nivem dealabor.* Allegor.

Pfal. 53. v. 5. *Qui devorant plebem meam.*

Pfal. 57. v. 5. *Filii hominum gladii fulgentes sunt, dentes eorum arma & sagittæ, ac lingua eorum gladius acutus.*

Pfal. 58. v. 7. *Deus confriget molas leonum (potentum.)*

Pfal. 65. v. 12. *Coronas annum benignitate tua & semitæ tuæ stillant pinguedinem.* Ibid. v. 13. *Pinguescent speciosa deserta & exultatione colles accingentur.*

Pfal. 114. v. 3. *Mare vidit & fugit, Jordan conversus est retrorsum, montes subsilierunt ut arietes, & colles sicut agni ovium, &c.* Ubi illustris est hyperbol. & allegor. tribuens rebus inanimatis actum.

Matth. 3. v. 10. *Securis arborum radicis admota est. Itaque omnis arbor fructum bonum, &c.*

Matth. 7. v. 13. *Intrate per angustam portam.*

Matth. 11. Totum caput constat talibus allegoricis similitudinibus.

Luc. 8. v. 4. Tota parabola de eo, qui sementem faciebat, est allegorica.

Rom. 12. v. 20. *Carbones ignis congeres super caput ejus, id est, tua indebita misericordia excruciabis eum.*

I. Cor. 9. v. 7. *Quis militat propriis stipendiis? quis plantat vineam & de fructu ejus non edit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non edit?* Metaph. Allegor.

1. Petr.

- I. Petr. I. v. 24. *Omnis caro est gramen.*
 Ambrosius lib. 4. de Virg. *Via fidelibus Christus est.*
 Augustinus l. I. de Trin. cap. II. *Extat authoritas divinarum Scripturarum, unde mens nostra deviare non debet, nec relicto solidamento divini eloqui per suspicionum suarum abrupta precipitari, ubi nec sensus corporis regit, nec perspicua ratio veritatis elucet.* Methaph. allegor.
 Herodotus l. 4. *scribit a Persico exercitu epota fuisse Aunina; & compedes injectos Hellesponto.*
It clamor caelo. Virg. l. 5. *Aeneid.*
 Idem Eclog. I. *Formosam resonare docet Amaryllida sylvam,* Metaph. rebus inanimatis actum tribuens.
 Eclog. 3. *Vix ossibus haerent.* Extenuatio hyperbolica.
 Ibid. *Ferat & rubus asper amomum,* hyperbolica optatio bonorum.
 Eclog. 4. *Incultisque rubens pendebit sentibus uva.* Nec enim per naturam id fieri potest.
 Eclog. 6. *Tam vero innumerum Faunosque ferasque videres Ludere: tum rigidus motare cacumina quercus.*
Vino vendibili non opus est suspensa hedera. *Erasm. in Adag.*

CAPUT X.

I. SYNECDOCHE

est, cum pars ponitur pro toto, vel totum pro parte, ut: *Mænia pro urbe Giessa. Lanus, pro parte Lani. Danubius pro parte Danubii.*

(*Definitum est Synecdoche, quæ vox comprehensionem significat sive animi conceptionem & intellectionem, quia comprehensione sive appellatione partis intelligitur totum, vel appellatione totius pars comprehenditur sive intelligitur.* Troporum ultima est Synecdoche naturæ ordine, quia ex distributione Logica oritur. *Versatur enim in totius & partium commutatione, hoc est, nomen totius ponit pro nomine partis, aut contra nomen partis, pro nomine totius. Ubi iterum non vocabula nuda intellige, sed res ipsas vocabulis significatas. Genus definitionis reticetur; subintelligitur autem Tro-
 pus:*

si: forma de
 2. 100.)

2. Est quæ
 (Distributio h
 ces. Proprieta
 simpliciter pars p
 sis, ideoque natura
 parte constituitur.
 rius. Quid totum

(3. Synecdoc
 toto, ut: Anim

(Sic Ezech. 18.
 homo, qui peccat
 vero est totum. C
 tamen intelligitur

(4. Synecdo
 vel integralis
 speciei.

(Quæ distributio
 quam genus, sit
 Synecdoche utiq
 bri una speciei
 rum aliter ex L
 brum, integrum
 que affectiones p
 in Rhetorica hec
 latum totius
 rius ruyetis ar
 totum sit, sed q
 modere distribu

(5. Synecdo
 essentialis p
 pro nomine.

(1.
 est, cum me

pus: forma desumpta est a rebus subiectis, nimirum parte & toto.)

2. Estque vel partis vel totius.

(Distributio hac est ex effectis generis nimirum in suas species. Proponitur autem Synecdoche, ordine naturali, quia simpliciter pars pro toto, & constituit totum, & sic totius causa, ideoque natura prior. Totum vero compositum est, & ex parte constituitur, & sic effectum est, ideoque natura posterius. Quid totum, quid pars sit, discite ex Logicis.)

3. Synecdoche Partis est, cum pars ponitur pro toto, ut: Anima, pro homine.

(Sic Ezech. 18. v. 4. Anima, quae peccat, morietur, i.e. homo, qui peccat, morietur. Hic anima est pars. Homo vero est totum. Cum ergo anima, ceu pars hominis ponitur, & tamen intelligitur homo, ceu totum, Synecdoche partis fuerit.)

4. Synecdoche partis est vel partis essentialis, vel integralis sive membri, vel universalis sive speciei.

(Quae distributio iterum est ex effectis: Cum enim pars tanquam genus, sit vel pars essentialis, vel membrum vel species: Synecdoche utique partis itidem aut partis essentialis, membri aut speciei fuerit. Quid membrum, quid species sit, iterum discite ex Dialect. Ubi semel nota, partem, totum membrum, integrum, speciem, genus definire & distribuere, ejusque affectiones proprius exponere, esse Logica proprium, ideoque in Rhetorica heterogeneum: per definitionem autem & distributionem totius & partium praecepta sua explanare, esse alterius cujusvis artificis. Sic Rhetor non docet, quid pars, quid totum sit, sed quid Synecdoche partis, quid totius sit, quomodoque distribuatur, ostendit.)

5. Synecdoche partis essentialis est, cum pars essentialis ponitur pro toto essentiali, ut: Anima pro homine.

I. SYNECDOCHE MEMBRI
est, cum membrum ponitur pro integro, ut: Te-
D etum

Etum, sive parietes, pro domo; Mucro, pro gladio; puppis sive proa, pro navi.

(Definitionis resolutio Logica coincidit cum definit. generali Synecdoches. Tectum & parietes sunt membra. Domus est integrum. Mucro est pars, gladius totum. Puppis proprie est posterior pars navis, proa anterior, carina ipse venter, navis vero est integrum: quando ergo vel tectum, vel parietes (membra) ponuntur pro domo (integrato) vel puppis, vel proa, vel carina, (membra) ponuntur pro navi (integrato) Synecdoche membri fuerit.)

Nota tamen hic monitum Quintiliani l. 8. c. 6. proa ut mucronem pro gladio, & tectum pro domo recipiet: ita non puppium pro navi, nec abietem pro tabellis.

Exempla promiscua alia.

Genes. 6. v. 12. *Corruperat omnis caro viam suam. Caro pro toto homine.*

Genes. 17. v. 14. *Anima illa excindetur e populis suis.*

Genes. 36. v. 6. *Tulit Esau omnem animam domus suae & cuncta, quae habere poterat in terra Chanaan, & abiit in aliam regionem.*

Genes. 37. v. 22. *Dicebat Ruben: Non interficiamus animam ejus (Josephi.)*

Psal. 6. v. 5. *Eripe animam meam. Item v. 2. Conturbata sunt ossa mea.*

Psal. 121. v. 8. *Dominus custodiat exitum tuum & introitum tuum, id est, totam vitam seu totius vitae consilia & actiones.*

Psal. 146. v. 1. *Laudet anima mea Dominum. Anima pro toto homine.*

Esa. 40. v. 6. *Omnis Caro foenum, id est, omnis homo.*

Joh. 1. v. 14. *Sermo ille caro factus est. Caro pro toto homine.*

Act. 3. v. 23. *Omnis anima, quae non auscultaverit Prophetam illum (Christum,) disperdetur e populo.*

Rom. 3. v. 20. *Non justificabitur ex operibus omnis caro.*

Rom. 13. v. 1. *Omnis anima sit subiecta protestatibus.*

1 Joh. 4. v. 2. *Omnis Spiritus, qui consistetur Jesum Christum in carne venisse, est ex Deo, id est, assumplisse humanam naturam.*

Virgil.

Virgil. (Aeneid.)
Puppis
lescentum.

Aeneid. 2.
mine Graec.

Ibid. Affat
tatum.

Ecl. 1. Et
tum pro mar.

esse Synecdoche.

Ovid. (Lib. 5.)
rea

Inque suo
Terent. Anac.

put, id est, homo
falsi, ut cum di-

dere & deinde
Cic. 1. Caeli

tem, sicut alia
est, oculati &

/ SYN

est, cum spe

pro quovis

Argo navis,

qui doctus factus

sua perfectus.

(Subintelligit)

Synecdoche quae

partem interi-

ro ponitur in

ciei Synecdo-

Helenam, un-

vero pro quo-

hujus speciei.

Virgil. (Æneid. 1.) *Haud aliter puppesque tuæ, pubesq; tuorum. Puppēs, id est, naves. Pubes, id est, multitudo adolescentium.*

Æneid. 2. — *animaque litandum Argolica, id est, homine Græco.*

Ibid. *Affatū corpus, hominem pene anima & vita destitutum.*

Eclog. 1. *Et freta destituent nudos in littore pisces. Fretum pro mari. Proprie enim est angustum mare. Potest etiam esse Synecdoch. speciei.*

Ovid. (Lib. 5. Fast.) *Magna fuit quondam capitis reverentia canī,*

Inque suo pretio ruga senilis erat, id est, hominis senis.

Terent. Andr. Act. 2. Scen. 2. *Ridiculum vel lepidum caput, id est, homo. Sic capita pro personis usurpant Juris consulti, ut cum dicunt: Tributum in capita impetrare. Succedere & dividere in capita.*

Cic. 1. Catilin. *Multorum te oculi & aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt. speculabuntur atque custodient, id est, oculati & auriti homines, &c.*

CAPUT XI.

/ SYNECDOCHE SPECIEI

est, cum species ponitur pro genere, ut: *Parricida, pro quovis homicida. Paris, pro quovis adultero. Argo navis, pro qualibet navi. Meccenas, pro eo, qui doctis favet. Roscius pro quovis, qui in arte sua perfectus. Tempe, pro locis amænis.*

(Subintellige in definitione genus proximum, quod est *Synecdoche partis*. *Parricida* significat proprie cum, qui patrem interfecit, & sic est species homicidæ. Quando vero ponitur in genere pro quovis homicida, fit per hanc speciei Synecdoch. *Paris* nomen proprium est, rapuit autem Helenam, unde adulter: & sic species adulteri est, quum vero pro quovis adultero ponitur, fit similiter Synecdoche hujus speciei. *Argo* navis fuit, qua vehebantur Græci cum

Jafone in Colchidem, ad rapiendum aureum vellus, & sic species est. Quando vero promiscue pro quavis navi ponitur, per Synecdoch. hujusmodi ponitur. Notabis autem hic nomine species etiam includi individua, adeoque eo omne, quod strictius est, & inferius, notari.)

/ Huc refertur primo, cum numerus in specie magnus ponitur pro magno in genere, ut: Psal. 91. v. 7. *Cadent a lateve tuo mille, & decem millia a dextris tuis. Plus millies hæc a te audivi, id est, sæpissime.* Terent. in Eunuch.

(Dico numerus magnus *in specie*, pro magno in genere. Alias si simpliciter ponatur *numerus infinitus* pro magno, vel maximus pro magno, ad Synecdoch. generis refertur. Unde quidam hoc ipso nomine *Talao* litem movent, & Rudolph. Schnellius in *castigationibus suis Rhetoricis sup. c. 10. Rhetor.* *Talæi* rectius legi putat, *finitum numerum pro infinito*, quam *infinitum pro magno*: idque probat exemplo subiecto, ex Plaut. & Cicer. *de divin. Sexcenta* licet ejusmodi proferre. Hic tropus est in *Sexcenta*, qui tamen numerus non est infinitus, sed finitus. Idem judicat idem etiam de seq. exemplo, ex Cic. 2. de Orat. *Cujus ex ludo tanquam ex equo Trojano innumeri principes prodierunt*, id est, multi. *Talæus* Synecd. speciei dicit. Verum cum innumeri non sint simpliciter multi, sed potius plurimi, imo longe plurimi, quomodo ad Synecdochen speciei referri potest? Nisi pro *Talæo* (ita namque mitigat hanc sententiam Schnellius) dicere velis, *multos genus esse: Sexcenta* vero vel *innumeros* esse species multorum (aliorum numerorum & infiniti numeri) vel si mavis infinitum pro indefinito incerto nominare, & *sexcenta* pro innumeris plurimis, indefinite: Vel denique, quod theorema nostrum habet, *numerum in specie magnum poni pro magno in genere.*)

/ Secundo, cum singularis numerus ponitur pro plurali, ut: *Romanus, pro Romanis. Germanus pro Germanis.*

(Sic

(Sic Gen. 12. v. 1.
Canana. Hæc
ment. urbem. Saxo
similibus exemplis
tanquam species
numeri plurali
singulariter. & ut
Synecdoch. speciei
quod tamen in prin

/ Hæc petri
pro plurali prin
Orat. Quid tan
semper arma, q
mus, vel quilibet

(Hic secunda p
sis ponitur pro
hæc Synecdoch. sp

/ Item, cum m
muni, ut: Ve
Cato, pro sapie
pro divite. Co
pro clamoso, q

(Est hæc Ant
zimus. Hæc se
speciei respectu
equi instar gene
ferunt. Unum
frequenter, qua

Genes. 3. v. 11
respondemus
Genes. 13. v. 7
in terra illa.

Genes. 15. v. 7
Deut. 6. v. 2
tempore.

(Sic Gen. 12. v. 6. dicitur *erat Cananæus in regione ea, id est, Cananæi*. Æneid. 2. *Hostis habet muros, id est, hostes tenent urbem*. Saxo *fudit Turcam, id est, Saxones*. In his & similibus exemplis est Synecdoch. speciei, quia singularitas tanquam species pluralitatis accipitur. Quod enim in plurali numero pluraliter, & ita generis instar, hoc in singulari singulariter, & ita speciei instar significatur, & sic recte ad hanc Synecdoch. speciei, male vero ad Synecdoch. generis refertur, quod tamen in prioribus editionibus Talæus fecerat.)

/ Huc pertinet, cum persona secunda singularis pro plurali prima ponitur, ut: apud CIC. 1. *de Orat.* Quid tam necessarium est, quam tenere semper arma, quibus tectus esse possis, id est, *possimus, vel quilibet possit*.

(Hic secunda persona (quæ est instar speciei) in verbo posita ponitur pro toto genere certarum personarum, & sic recte ad hanc Synecdoch. speciem refertur.)

/ Item, cum nomen proprium ponitur pro communi, ut: *Venus, pro qualibet formosa virgine*. Cato, *pro sapiente*. Euclio, *pro avaro*. Cræsus, *pro divite*. Codrus, *sive Irus, pro paupere*. Stentor, *pro clamoso, &c.*

(Est hæc Antonomasiæ species altera, de qua sup. cap. 4. diximus. Habet se nomen proprium instar numeri singularis sive speciei respectu nominis communis: quod est instar pluralis, adeoque instar generis. Ideoque ad hanc Synecdoch. spec. recte refertur. Unum hic nota: Allegoria in hac Synecdoche est frequentior, quam in Synecdoche membri.)

Exempla promiscua alia:

Genes. 3. v. 18. *Terra proferet tibi spinas, id est, fructus non respondebunt tua expectationi.*

Genes. 13. v. 7. *Chananeus & Pherezæus habitabant tunc in terra illa.*

Genes. 15. v. 1. *Multiplicabo semen tuum ut stellas.*

Deut. 6. v. 20. *Cum interrogaverit te filius cras, id est, futuro tempore.*

Exod. 20. v. 12. *Honora patrem & matrem tuam, id est, omnes superiores.*

Esa. 30. v. 20. *Dabit tibi Dominus panem & aquam, cibum & potum, i. e. omnia ad victum & amictum necessaria. Alleg.*

Psal. 1. v. 1. *Beatus vir, id est, beatus homo.*

Psal. 3. v. 7. *Non timebo myriades populi circumdantis me, id est, quam plurimos.*

Psal. 37. v. 27. *Declina a malo & fac bonum, & inhabita in seculum seculi, id est, in aeternum.*

Psal. 43. v. 1. *Ab homine iniquo & doloso libera me, id est, ab hominibus.*

Psal. 56. v. 1. *Miserere mei Deus, quoniam absorbere me vult homo, id est, homines.*

Psal. 68. v. 18. *Currus Dei decem millibus multiplex.*

Ps. 84. v. 11. *Melior est dies una in atriis Domini super millia.*

Psal. 119. v. 72. *Lex oris tui super millia auri & argenti mihi chara.*

Luc. 6. v. 20. *Percutienti te in maxillam, obverte & alteram, id est, afficienti te quavis injuria.*

Rom. 2. v. 9. *Oppressio & angustia adversus omnem animam hominis perpetrantis malum, tum Judæi imprimis, tum Græci, id est, gentium quarumvis.*

Gal. 3. v. 28. *Non est Judæus neque Græcus, id est, gentilis.*

Virgil. lib. 2. *Æneid Utrumque armato milite complent, id est, militibus.*

Juven. Satyr. lib. 1. Sat. 2.

Ultra Sauromatas fugere hinc libet & glaciale.

Oceanum, quoties aliquid de moribus audent.

Qui Curios simulant & Bacchanalia vivunt.

(*Allegoria hic est 1. Sauromata & glacialis Oceanus ponitur pro loco remotissimo. 2. Curii pro hominibus frugi, similibus Curio civi Romano eximia frugilitatis, qui rapas in foco torrens aurum Samnitium repudiavit, dicens; se malle impetrare aurum habentibus quam auro. 3. Bacchanalia pro quolibet intemperantiae genere. Ponitur ergo individuum seu species pro genere, nempe Curius pro quovis frugali.*)

Cic. Agar. 2. *Cum haberet hæc Respublica Lucianos, Catilinos, Acidinos homines, non solum honoribus populi rebusque gestis*

his, verum etiam
Catonem, Philippi
Ponunt enim Luc
& pauperibus: Cat
temperatis.

In Cat. Maj. No

Pro Cael. Ex ho

bitios. Catos om

Juv. Sat. 16. Pla

quam si de Vene

amant; Mari

Virgil. Ecl. 1. A

Irim, id est, Pa

Ibidem —

Passus enim

Non enim solos ag

pastor.

1. SYN

est, cum totu

parte Rheni, C

(Ex his, qua

clara erant ea, qu

traria e contrari

2. Estque

vel universali

(Sicut totam

integrum, no gen

necdoche totus

3. SY

est, cum tot

tiali, ut: G

pulti, id est

gestis, verum etiam patientia paupertatis ornatos, & cum erant Catones, Philippi, Lælii, &c. Hic illustris est allegoria. Ponuntur enim Luciani, Catilini, Acidini pro civibus honoratis & pauperibus: Catones, Lælii, Philippi, pro sapientibus & temperatis.

In Cat. Maj. Non omnes possumus esse Scipiones aut Maximi, Pro Cœl. Ex hoc genere illos fuisse arbitror Camillos, Fabricios, Curios, omnesque illos, qui ex minimis tanta fecerunt.

Juv. Sat. 16. Plus etenim fati valet hora benigni.

Quam si te Veneris commendet epistola Marti. Veneris, id est, amasia; Marti, id est, amatori.

Virgil. Ecl. 1. Aut Ararim Parthus bibet; aut Germania Tygrim, id est, Parthi, Germani.

Ibidem — Quo sepe solemus.

Pastores ovium teneros depellere fœtus, id est, totum gregem. Non enim solos agnos, sed & hædos, vitulos &c. deducit pastor.

CAPUT XII.

1. SYNECDOCHE TOTIUS

est, cum totum ponitur pro parte, ut: *Rhenus pro parte Rheni, Orbis pro parte Orbis.*

(Ex iis, quæ supra cap. 10. de Synecdoche partis diximus, clara erunt ea, quæ de totius Synecdoche dicenda sunt: cum contraria e contrariis cognoscantur.)

2. Estque vel totius essentialis, vel integralis, vel universalis five generis.

(Sicut totum triplex est, nimirum aut totum essentialis, aut integrum, aut genus. De quibus vid. Dialect. lib. 1. Ita & Synecdoche totius triplex fuerit.)

3. SYNECDOCHE TOTIUS
ESSENTIALIS

est, cum totum essentialis ponitur pro parte essentiali, ut: Gen. 15. *Abraham & Sara dicuntur sepulti, id est, eorum corpora.* Hoc sensu dicitur:

Ibi jacet Rex. Ibi sepultus est Princeps, id est, cadaver Principis.

4. SYNECDOCHE INTEGRI est, cum integrum ponitur pro membro, ut: *Totus orbis ardet bello, id est, maxima pars orbis, ex Cic. 1. Epist. lib. 4.*

(Dicitur autem ardere bello totus orbis, non quod totus orbis ardeat bello, sed maxima ejus pars. Quia ergo hic orbis velut integrum ponitur, & intelligitur maxima ejus pars tanquam membrum, fit id per Synecdoch. integri. Ubi notabis obiter in voce orbis duplicem esse tropum. 1. Orbis pro globo Synecdoch. membri. Orbis enim significat id, quod est rotundum & sic est membrum: globus ipse est integrum. Multi enim orbis unum globum constituunt. 2. Orbis pro parte orbis, Synecdoch. integri. Est enim proprie membrum globi denotet, tamen hic integrum globum significat, terrenum scilicet, cuius membrum quoddam est Imperium Romanum.)

Exempla promiscua alia.

Gen. 16. v. 2. *Occlusit me Jehovah, id est, uterum meum.*

Marc. 16. v. 15. *Prædicate Evangelium omni creaturæ, id est, omnibus in toto terrarum orbe.*

Matth. 12. v. 40. *Christus fuit tres dies in sepulchro, id est, parte aliqua tertii diei jacuit in sepulchro, Resurrexit enim tertia die, am dritten Tage, non nach dem dritten Tage.*

1 Corinth. 13. v. 7. *Charitas omnia credit, scilicet credenda. Omnia sperat, tolerat.*

Virg. Æneid. I. *Pabula gustassent Troja Xanthumque bibissent. Pabula, id est, partem pabuli. Xanthum, id est, partem fluvii Xanthi, non tota pabula, non totum Xanthum.*

Cic. pro Mil. *In communi omnium letitia, si ipse etiam gauderet. Synecd. integ. hyperb.*

CAPUT

LIBE

SYNEC
est, cum Gen
pro fortitudine
stin. Homo, pro
(Definitio hanc e
Cujus genus simili
cedenti fibentel
vocabis generis,
Gust, bibula) pro
utis, omne anima
fortitudo, Gesta
ciem. Sc homo
tamen Cassian ve
sines; sicut Cassi
Paulus, Johannes
NOTA I. per G
latus ac superius
dam & prudentiam
adhibendam, ve
tur. Sic quade
men pro equo d
Huc refer
pro proprio
tur: ut, Salu
lo. Propbeta p
(Est hac speci
& quidem hinc
Apostolus. Pro
prehendens,
Apostolus, sed
eporum multa
religione.)

CAPUT XIII.

SYNECDOCHE GENERIS

est, cum Genus ponitur pro specie, ut: *Virtus pro fortitudine. Urbs, pro Giesſa. Animal, pro bestia. Homo, pro Catilina.*

(Definitio hæc est contraria definitioni Synecd. speciei. Cujus genus similiter reticetur, sed tamen æque ac in præcedenti subintelligitur. *Virtus autem, Urbs, animal, sunt vocabula generis, quæ cum pro suis speciebus (fortitudine, Giesſa, bestia) ponantur, (non enim omnis virtus, omnis urbs, omne animal intelligitur, sed horum tantum species, fortitudo, Giesſa, bestia) fit hoc per Synecdoch. hujus speciem. Sic homo, etsi respectu animalis species sit, respectu tamen Catilinæ vel hujus & illius individui generis vicem sustinet; sicut Catilina & individua humana alia, p. Petrus, Paulus, Johannes, respectu hominis speciei rationem habent.*

NOTA I. per Genus hic intelligi omne id, quod altero est latius ac superius. II. Ex Quint. l. 3. c. 6. Delectum quendam & prudentiam, ut in omnibus tropis, ita & hic præcipue adhibendam, ne scilicet quodvis genus pro specie adhibeatur. Sic quadrupes, licet sit revera genus equi, temere tamen pro equo dicere non debet.

Huc refertur PRIMO, cum nomen commune pro proprio κατ' ἐξοχήν per excellentiam, ponitur: ut, *Salvator pro Christo. Apostolus pro Paulo. Propheta pro Esaia. Orator pro Cicerone.*

(Est hæc species Antonomasiæ, de qua supra diximus cap. 3. & quidem hujus loci est. Sunt enim hæc nomina, *Salvator, Apostolus, Propheta, Orator, generalia, plura sub se comprehendentia, siquidem non unus tantum est Propheta, Orator, Apostolus, sed multi sunt. Per ea tamen hoc unum aliquod ipsorum multorum individuorum speciatim & κατ' ἐξοχήν intelligitur.*)

SECUNDO, cum numerus pluralis ponitur pro singulari, ut: *Nos Dei gratia Ludovicus, Hassiæ Landgravius, &c.*

(Numerus pluralis significat multa, & in se includit singularem, qui unum significat, & ita genus est singularis: hic vero ejus species. Sic Cicero (*ad Brutum*) *sæpius de sua persona in plurali loquitur: Nos populo imposuimus & Oratores visis sumus, i. e. Ego Cicero populo imposui, & Orator visus fui. In quibus locutionibus semper per pluralem singularis numerus intelligitur.)*

NOTA I. Ad Synecdochen generis refertur etiam, cum patronymica & possessiva ponuntur pro certo individuo, ut *Æacides pro Achille: Priamides pro Hectore: Anchisiades pro Aenea: Cytherea pro Venere &c.*

Exempla promiscua alia.

Gen. 31. v. 21. *Jacob fugit cum omnibus, quæ habebat & trajecit flumen, id est, Euphratem.*

Psal. 1. v. 3. *Erit sicut arbor, quæ plantata est secus decursus aquarum, id est, palma, interprete D. Luthero in Psal. 1.*

Psal. 16. v. 10. *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, id est, Christum.*

Psal. 33. v. 16. *Non salvabitur Gigas in multitudine virtutis suæ, id est, fortitudinis.*

Psal. 42. v. 7. *Memor ero tui de terra Jordanis & Hermon a monte modico, 1. terra Jordanis, id est, Judæa. 2. a monte modico, id est, Sion.*

Psal. 43. v. 3. *Ipsa me deduxerunt in montem sanctum tuum, id est, in Sion.*

Psal. 45. v. 4. *Accingere gladio tuo super femur tuum, o potentissime, id est, o Christe, Rex potentissime.*

Psal. 48. v. 3. *Ad latus Aquilonare sita est civitas Regis magni, id est, Dei.*

Psal. 68. v. 35. *Dabit voce sua vocem virtutum, id est, Evangelium.*

Matth. 16. v. 19. *Quicquid ligaveris super terram, id est, quoscunque homines sive quæcunque peccata hominum.*

- Johann.

Johann. 1. v. 9. *Et hominem venientem terram apprehendentem sapientem.*

Actor. 6. v. 28. *fra, & cuius nomine (Christi.)*

Virgil. lib. 2. *Æneid. id est, Didonem.*

Terent. in prolo. *id est, Terentium appulsi, id est, Cicer. Catil. 1. Ex*

pro. *Synecdoch. ex univ. Holtem, id est, Catilinam.*

Lucan. lib. 10. *fra sequatur.*

Hactenus de

F. F. est elocutio, quæ

plici consuetudine

(Definitum est) formationem signi

forma habitus aut orationi additur,

in genere & forme exornato. Formatur.

Tropus est. Figura autem non

junctis, adeoque aliud est quam

vel habitus, quæci & consuetudo

garis non est, Grammaticam nam tum sibi quædam

Johann. I. v. 9. *Erat lux illa lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, id est, omnem hominem apprehendentem Evangelium & ex eodem fidem concipientem.*

Actor. 6. v. 28. *Et ecce repletis Hierosolymam doctrina vestra, & vultis introducere super nos sanguinem hominis istius (Christi.)*

Virgil. lib. 2. Æneid. *Infandum Regina jubes renovare dolorem, id est, Dido.*

Terent. in prol. Andr. *Poëta cum primum animum ad scribendum appulit, id est, Terentius.*

Cicer. Catil. 1. *Exire ex urbe Consul hostem jubet: ubi Allegor. Synecdoch. ex urbe, id est, Roma. Consul, id est, Cicero. Hostem, id est, Catilinam, &c.*

Lucan. Lib. 10. Pharsal. *Nulla fides pietasque viris, qui castra sequuntur.*

Haftenus de Tropis: sequuntur Figurae.

CAPUT XIV.

FIGURA

est elocutio, qua orationis habitus a recta & simplici consuetudine mutatur. *Dicitur Græce σχῆμα.*

(Definitum est *figura σχῆμα*, quod habitum, gestum & conformationem significat, a verb. ἔχω habeo. Cum enim nova forma habitus aut gestus, præter Grammaticam puritatem orationi additur, schema sive figura dicitur. Definitio est a genere & forma. Genus est *Elocutio*. Est enim orationis exornatio. *Forma* subjecto, quo a tropis differt, exprimitur. Tropus enim est in singularum vocum mutatione. *Figura* autem non in singulis dictionibus, sed in multis junctis, adeoque in integra Oratione consistit. Unde nihil aliud est quam multarum dictionum conformatio quædam vel habitus, qui Orationem vel sententiam totam a simplici & consueto dicendi modo in alium, qui simplex & vulgaris non est, convertit, hoc est, *ut planius dicam*, præter Grammaticam nuditatem, puritatem ac simplicitatem, ornatum sibi quendam accommodat, eoque vestitur q. & insignitur.

gnitur. Quo factum est, ut Græci eam *σχῆμα*, id est, gestum Orationis, Metaphora ab histrionibus sumpta vocitarint. Nihil hic *obstat*, quod figura non propria Rhetoricæ, cum & Grammatici suas figuras habeant, quarum alias dictionis sive Etymologiæ, alias Orationis sive Syntaxeos faciant. *Magna enim inter has est differentia.* Rhetoricæ sunt lumina & insignia Orationis, ut *Cicer. in Orat.* ait: Grammaticæ vero figuræ proprie Rhetoricæ non sunt, sed tantum regulæ quædam peculiæ. & anomalix, quæ usitatam prononciationem aut scribendi rationem mutant. Unde *Confectarium: Qui figuras Grammaticas in Rhetorica tradunt, contra legem καὶ ἀνότῳ delinquunt & distincta artium præcepta confundunt, heterogenea homogeneis admiscendo.*)

Figurarum est hic generalis

CANON.

✦ Utendum est Figuris 1. in loco, 2. parce.

(*Nam, ut condimenta aspergenda, non pro cibis apponenda sunt.*)

✦ 1. Hactenus de communibus Figurarum affectionibus, sequuntur species.

✦ 2. Figuræ igitur aliæ sunt *dictionis*, aliæ *sententiæ*.

(Distributio hæc figurarum in suas species desumpta est a rebus subjectis in quibus versantur, nempe in figuras Dictionis, quam *Fabius* (Lib. 9. c. 1.) τῆς λέξεως, verborum vel dictionis, vel elocutionis vel sermonis, vel Orationis & Sententiæ, quam τῆς διαβολῆς, mentis vel sensus, nominat. Et Amplificationis, quod Orationem tam verbis quam rebus ampliorem reddat. Inter has autem hoc interest. Figuræ dictionis de *emphasis & luce vocabuli* agunt: Fig. Sententiæ *Orationi motum aliquem aut gestum conciliant.* Figuræ Amplificationum *Orationem amplificant atque exaggerant.*

2. Figura dictionis tollitur, ubi verba mutaveris; sententiarum vero & amplificationum manet, quibuscunque uti verbis volueris. Disputat *Fabius* (*Ibid.*) *figuras sententiæ præcedere debere, hoc argumento: Sententiæ, quæ animo concipitur, antequam*

quam enunciatum ore, natura prior est dictione ore prolata. Ergo & figura sententiæ natura prior. H. figura dictionis præponenda. Verum trita est responsio ad antecedens negando. Figura enim λέξιως agit de dictionibus quibusdam in sententiâ. Figura autem διαβολίως de integra sententiâ, ideoque illa tanquam simplicior natura prior erit. Hæc vero tanquam composita vel minus simplex posterior.)

3. Figura dictionis est, qua elocutio figuratur dictionibus apte & jucunde inter se resonantibus.

(Definitur ita ex aurium iudicio. Aures enim iudices sunt figurarum dictionis, & nihil aliud est, quam elocutionis harmonia quedam, seu suavis harmonia ac concertus, ut ait Cic. lib. de Orat. 3.)

4. Figure dictionis sunt DECEM:

1. Epizeuxis. 2. Anadiplosis. 3. Climax. 4. Anaphora. 5. Epistrophe. 6. Symploce. 7. Epanalepsis. 8. Epanodos. 9. Paronomasia. 10. Polypoton.

(Qui dichotomiarum studiosi sunt, cum Talæo (L. I. cap. 19.) sic procedere possunt. 1. Figura dictionis est vel in sonorum dimensione, vel repetitione. 2. Estque sonorum repetitionis, vel similis, vel dissimilis. 3. Similis vel continue, vel disjuncte. 4. Continue vel in eadem sententiâ, vel in diversa. 5. In eadem sententiâ, ut Epizeuxis. Quæ distinctiones adultiorum iudiciorum in figurarum dictionis distinctione dignoscenda informant: Juniores vero aut nihil aut parum juvant, nisi quod memoriam in ediscendo aggravant cum eadem opera, qua divisiones has addiscunt, singularem harum figurarum definitiones ediscere possint. Quid ergo opus est discipulis remoram objectare? Nota hic I. Quia in singulis his figuris dictionis vocum fit repetitio, communi nomine aliud nil sunt quam REPETITIO, quæ generatim a quibusdam definitur varia ejusdem vocis vel emphasis vel ornatus causa resumptio, Græcis παλιλογία. Cujus deinde modos sive species faciunt alii quatuor: I. Anaphor. 2. Epistroph. 3. Epanaleps. 4. Epizeuxin sive Anadiplos. Alii octo: I. Anaphor. 2. Epistroph. 3. Sympl. 4. Epanaleps. 5. Anadiplos. 6. Epizeux. 7. Epanodos. 8. Paronomiam. II. Octo his Repe-

Repetitionis speciebus adduntur ab iisdem aliæ: 1. Ploce seu copulatio. 2. Μεταγωγή, παραγωγή seu traductio. 3. Tautologia. 4. Asyntheton, Dialyton five Articulus. 5. Polysyntheton. 6. Homœoptoton. 7. Homœoteleuton. 8. Isocola. 9. Anzitheta. 10. Antanaclasis. 11. Hypallage. 12 Ellipsis. 13. Reticentia five Aposiopesis. E quibus tamen Tautologia, cum eadem vox sine singulari emphasi iteratur (ut: erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire possunt) nequaquam figura, sed vitium ut plurimum in Oratione est, ideoque velut morbidum membrum e corpore figurarum amputanda & e civitate Rhetoricæ proscribenda. Pleraque Grammaticæ figuræ sunt, quæ aut iisdem subjicienda, aut enumeratis Repetitionis speciebus sive figuris dictionis (si unam Aposiopesin excipias, quæ ad Figuras sententiæ pertinet) subjici possunt: id quod & Aristotelici ipsimet fatentur. Figurarum enim ordinem 1. quem dictionis sive λέξεως nominant, iterum in duos ordines subdistingunt, nempe in Grammaticum & Rhetoricum. Sub Grammaticum referunt figuras, quæ in Grammatica sola traduntur. Quales sunt 1. Figura dictionis Orthographiam & Prosodiam concernentes: Prosthesis, Aphæresis, Epenthesis, Syncope, Paragoge, Apocope. 2. Constructionis sive Syntaxeos; Synthesis, Syllepsis, Zeugma, Prolepsis. Sub Rhetoricum ordinem referunt figuras, de quibus in Rhetoricis præcipitur, sed tamen etiam ad Grammaticam pertinent. Qualis repetitio & seqq. modo enumerata. Hypallage est, quoties Oratio ordine rerum inverso effertur, ut Æneid. 3. Date classibus Austros, id est, classes Austris. Cicer. (in Orat. pro Marcell.) non vidimus in urbe gladium vagina vacuum, id est, vaginam gladio vacuum. Æneid. 6. Ibant obscuro sola sub nocte per umbras, id est, soli sub obscura nocte. Æneid. 8. Tacitis incumbere remis, id est, taciti. Verum vel generaliter Hypallage pro Enallage ponitur, teste D. Chytræo Rhetor. fol. 456. Item Metonymiam Rhetores Hypallagen vocare probat auctoritate Cicer. in Orat. perf. Vid. Rhetor. fol. 308. Reliqua quomodo figuris commode subjiciantur, speciatim in seqq. demonstrabitur.)

E P
est, cum idem
sententia. Lat
(Epiræus ab
men habet, quæ
quia idem locum ad
subiicitur. Cicero
na. Geminatur
cap. 3; vel 1. amp
de. Misam. Et. ad
firmat; vel 2. mi
vandi, idque per lo
da, mendæ, reman
specta. Ubi Ironi
deridentium. Col.
verit. Et. Ubi
nemissam cum em
1. Modicus
quando repeti
pio natus mil
Carthagini,
seslam, oppug
cer. de arusp.
Sic Titus Ann
A. J. 103. Hyper
tendum notus esse
publica. Id. pro
denior, humanior
2. Aliquan
tes, plorantes
sit, erupit. c
3. Aliqua
sis, Mysis, T
VIRGIL. Eccl

CAPUT XV.

EPIZEUXIS

est, cum idem sonus, continue iteratur in eadem sententia. *Latine dicitur Geminatio.*

(Epizeuxis ab ἐπιζεύωμι, id est, adjungo, subjungo, nomen habet, quasi subjunctionem vel adjunctionem nomines, quia idem sonus alteri continue sine mora aut exigua mora subjicitur, Cicero 3. de Orat. geminationem verborum nominat. Geminantur autem verba, quod inquit Fabius lib. 9. cap. 3. vel 1. amplificandi gratia, ut, *Occidi, occidi, non Sp. Melium, &c. alterum est enim quod indicat, alterum quod affirmat*; vel 2. miserandi, ut, *ab Corydon Corydon!* vel 3. elevandi, idque per Ironiam, ut *Esa. 28. v. 13. Manda, remanda, manda, remanda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta. Ubi Ironice repetit Propheta voces impiorum ipsum deridentium. Col. 2. Ne tetigeris, ne gustaveris, ne contrectaveris, &c. Ubi NOTA esse geminationem sive iterationem istam cum impetu & gestu pronuntiationis proferendam.)*

1. Modi ejus potissimum quatuor sunt: 1. aliquando repetitur sonus idem, ut, *Hic P. ille Scipio natus mihi videtur ad interitum exitiumque Carthaginis, qui illam a multis Imperatoribus obsessam, oppugnatam, labefactam, pene captam, Cic. de arusp. respons.*

Sic Titus Annius ad illam pestem (Clodium per Metonym. Adjunct. Hyperb.) comprimendam, extinguendam, funditus delendam natus esse videtur, & quasi divino munere donatus Republicæ. Id. pro Rosc. Estne quisquam qui tibi purior, prudentior, humanior, officiosior, liberalior, videatur?)

2. Aliquando repetitur syllaba eadem, ut: *Fleretes, plorantes, lachrymantes; Abiit, excessit, evasit, erupit. Cic. in Catil.*

3. Aliquando repetitur dictio eadem, ut: *o Mysis, Mysis, TERENCE. Andr. Ab Corydon, Corydon, VIRGIL. Eclog. 2.*

4. Ali-

4. Aliquando parenthesis interjicitur, ut: *At vero ejus gloriae C. Caesar, quam paulo ante es adeptus, socium habes neminem.* Totum hoc quantumcunque est (quod certe maximum est) totum est, inquam, tuum. CIC. pro Marcell.

Cicero pro domo sua. *Sed excitatus aliquando* (dicam ipso audiente, quod sensi & sentio) *excitatus, inquam, aliquando Cn. Pompeji nimium reconditus & penitus abstrusus dolor.* In his & similibus exemplis parenthesis nihil impedit. Res enim eodem recidit, quis tanquam parenthesis non sit, geminatio illa continuatur. Talæus Rhet. l. 1. c. 19. *Ponitur Epizeuxis primo loco, quia continua est repetitio ejusdem soni sine mora sive interruptione diversarum sententiarum & locorum. Et ita est simplicior repetitio. Et ita natura prior.)*

Differt Epizeuxis autem 1. ab Anadiplosi & Climace, quia in illa est repetitio continua in eadem sententia: in his vero est repetitio continua in diversis sententiis.

Differt 2. ab Anaphora, Epistrophe, Symploce, Epanalepsi & Epanodo, quia in his est repetitio disjuncta, in diversis scilicet locis, ita ut aliquid intercedat, sive in diversis sententiis.

Exempla Epizeuxis promiscua.

Gen. 3. v. 6. *Multiplicando multiplicabo, (valde multiplicabo.)*

Exod. 34. v. 6. *Domine, Domine Deus.*

Habac. 2. v. 3. *Veniens veniet Dominus & non tardabit.*

Mich. 2. v. 12. *Congregans congregabo te (quam certissime.)*

Esa. 6. v. 3. *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Zebaoth.*

Esa. 48. v. 11. *Propter me, propter me faciam, ut non blasphemem.*

Psal. 22. v. 1. *Deus meus, Deus meus, quare me dereliquisti?*

Psal. 67. v. 7. *Benedicat nos Deus, Deus noster.*

Prov.

LIBE
Prov. 20. v. 10.
que abominabile est
Math. 23. v. 3
Joh. 16. v. 13.
tis, &c.

Roman. 3. v. 22.
ad unum.

Rom. 7. v. 7. *Re-
tributum: cui
bonum, bonum.*

Luc. 17. v. 28. *A-
condabant, plantabant.*

August. Orat. con-
reli, repudiata re-

lata redi; non det-
fertionibus recur-

non potes.

Ubi & Epistrophe
Horat. lib. 1. E

O cives, cives,
Virtus post nam

Virg. Æn. 4. 8
Idem lib. 9. E

te ferrum,
O Rutuli.

Georg. 3. Sed
Pro lege Ma

Rom. longe a domo
Pro Reg. Dejo

tati cessi, quem
Aet. 7. in Ver

Philip. 2. Tu
contra patriam

Terent. An
Abi hinc, abi

Eunuch. Aet
ubi est, du ca

Prov. 20. v. 10. *Pondus, pondus, mensura, mensura, utrumque abominabile est apud Deum (varia pondera, varia mensura.)*

Matth. 23. v. 37. *Jerusalem, Jerusalem.*

Joh. 16. v. 13. *Amen, Amen dico vobis, quicquid petieritis, &c.*

Roman. 3. v. 12. *Non est qui exerceat bonum, non est usque ad unum.*

Rom. 13. v. 7. *Reddite omnibus quod debetis, cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.*

Luc. 17. v. 28. *In diebus Loth edebant, bibebant, emebant, vendebant, plantabant, edificabant.*

August. Orat. cont. Judæ. Pagan. & Arian. cap. 22. *Redi, redi, repudiata redi, confusa redi serpentinis fraudibus violata redi; non divinitate cœlesti composita, sed humanis assertionibus reconventa redi, fallere temetipsam potes, ipsum non potes.*

Ubi & Epistroph.

Horat. lib. 1. Epist. epist. 1.

O cives, cives, querenda pecunia primum,
Virtus post nummos. ———

Virg. Æn. 4. *Sed moriamur, ait, sic, sic juvat ire sub umbras.*

Idem lib. 9. Æneid. Me, me, adsum, qui feci, in me convertite ferrum,

O Rutuli.

Georg. 3. *Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus.*

Pro lege Manil. *Fuit hoc quondam, fuit proprium Pop.*

Rom. *longe a domo bellare.*

Pro Reg. Deiot. *Ignosce, Ignosce Caesar, si ejus viri auctoritati cessit, quem nos omnes secuti sumus.*

Act. 7. in Verr. *Crux, crux, inquam, infelici & misero.*

Philip. 2. *Tu, tu, inquam, M. Antoni Caesar causam belli contra patriam inferendi dedisti.*

Terent. Andr. Act. 2. Scen. 1. *Age, age, ut lubet. Ibid.*

Abi hinc, abi in malam crucem cum suspitione istac scelus.

Eunuch. Act. 1. Sc. 2. O Thais, Thais. Act. 2. Sc. 3. *Ubi, ubi est, diu celari non potest.*

CAPUT XVI.

ANADIPLOSIS

† est, cum similis sonus repetitur in fine præcedentis & initio sequentis sententiæ. Latine dicitur Reduplicatio, ut:

† Psalm. 145. v. 18. *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus eum in veritate.*

Virg. Eccl. ult. *Pierides vos facietis maxima Gallo:*

Gallo, *cujus amor tantum mihi crescit in horas.*

(Anadiplosis dicitur ab Ἀναδιπλώω, quod reduplico significat: unde Latine Ἀναδιπλωσις reduplicatio dicitur. Quia reduplicatur quasi sonus ultimus in dictione præcedenti, & primus in sequenti.

Differt Anadiplosis a Climace. In Anadiplosi idem sonus, qui fuit in præcedentis sententiæ fine, semel tantum repetitur in principio sequentis sententiæ: In Climace vero non semel, sed pluries.

† Anadiplosis Poëtis potissimum & Oratoribus usitata: illis autem sæpius, his rarius.

Exempla alia.

† Psal. 77. v. 17. *Viderunt te aquæ, Deus. Viderunt te aquæ & vivuerunt.*

† Psal. 113. v. 8. *Ut collocet eum cum Principibus, cum Principibus populi sui.*

† Psal. 122. v. 1. *Stabunt pedes nostri in atriis tuis Jerusalem, Jerusalem, quæ ædificatur, ut sit civitas, in qua conveniendum est.*

† Rom. 8. v. 17. *Quod si filii sumus, ergo & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.*

† Rom. 9. v. 30. *Gentes apprehenderunt justitiam, justitiam autem eam, quæ est ex fide.*

† Phil. 2. v. 8. *Factus Christus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis.*

August

LIB
U>
August. in Psal.
riam. Sedulus est
eregrinatus, tota
Eclog. 6. Ad
Egle Na
Eclog. 8. Cr
Imperibus
ff-
Eclog. 9. Ecce D
Astrum, 1
I. Georg. — 1
Arctos, O
Æneid. 6. Des
Ora man
>1
Æneid. 10. C
Uni, ad
*
Terent. And.
di. P. cordi?
Cic. pro Roscio
tant oportere defen
prum non audent.
Id. ead. Orat.
sui objecti? Pat
I
IZ
Quam ob causam
Cic. lib. 4. ad
sire proditor pat
in horam compe
ra
Cæcilin. Hic
tum venit. Item
audet. rivas &
Propert. l. 2. 1

August. in Psal. 85. *Cui peregrinatio dulcis est, non amat patriam. Si dulcis est patria, amara est peregrinatio. Si amara peregrinatio, tota die tribulatio.*

Eclog. 6. *Addit se sociam timidisque supervenit Ægle, Ægle Najadum pulcherrima.*

Eclog. 8. *Crudelis mater magis, an puer improbus ille? Improbus ille puer.*

Eclog. 9. *Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum. Astrum, quo segetes gauderent frugibus &c.*

I. Georg. — *In morem fluminis Arctos, Arctos, Oceani metuentes æquore tingi.*

Æneid. 6. *Deiphobum vidit lacerum crudeliter ora, Ora manusque ambas.*

Æneid. 10. *Concurrunt Tyrrhenæ acies: atque omnibus uni, Uni, odiisque viro telisque frequentibus instant.*

Terent. And. Act. 2. Scen. I. *Aut tibi nuptiæ hæ sunt cordi. P. cordi?*

Cic. pro Rosc. Amer. *Injuriam novo scelere conflatam putant oportere defendi: defendere ipsi propter iniquitatem temporum non audent.*

Id. ead. Orat. *Quæ res igitur tantum istum furorem S. Roscio objecit? Patri, inquit, non placebat: Patri non placebat? Quam ob causam? &c.*

Cic. lib. 4. ad Heren. *Nunc audes in horum conspectum venire proditor patriæ: Proditor, inquam, patriæ, venire audes in horum conspectum.*

Catilin. *Hic tamen vivit: vivit? Imo vero etiam in Senatum venit. Item: Quamdiu quisquam erit, qui te defendere audeat, vives & vives ita, ut nunc vivis.*

Propert. l. 2. Eleg. 19.

*Tu mea compones & dices ossa Propert. l.
Hæc tua sunt eheu, tu mihi certus eras.
Certus eras eheu, quamvis nec sanguine aristo
Nobilis, & quamvis non ita dives et as.*

CAPUT XVII.

CLIMAX

est Anadiplosis compluribus gradibus continua-
ta, dicitur latine Gradatio, Aquilæ adscensus, ut
Rom. 8. v. 29. *Quos Deus præscivit, eos & præ-*
destinavit: Quos prædestinavit, eos vocavit: Quos
vocavit, eos etiam justificavit: Quos autem justifi-
cavit, eos & glorificavit.

(Climax genere eodem cum Anadiplosi, sed tamen mul-
titudine anadiploseon & graduum differt ab Anadiplosi sim-
plici. Unde multitudo Anadiploseon in Climace nullam
formam novam, sed exempla Anadiploseos nova atque plu-
ra affert. Atque sic non est peculiaris figuræ dictionis spe-
cies, sed adjuncta quæpiam affectio ἀναδιπλώσεων. Plane
quemadmodum Allegoria non est peculiaris species Tropi,
sed continuatus Tropus est. Sic in exemplo proposito ha-
bes Anadiploses tres in *prædestinavit, vocavit, justificavit.*
NOTA hic duo: I. Et si levis nonnunquam in Climace ver-
borum & sonorum similitudinem sit alicubi, apud Poëtas inpri-
mis, transpositio, si tamen ad Syntaxin & ejus Regulas
exempla revocaveris, expresse gradationes deprehendes.
Ut in illo *Eclog. 2.*

Torva leana lupum sequitur, lupus ipse capellam,

Florentem cythifum sequitur lasciva capella.

Hic *capella* sub initium versus esse debuit, unde hæc trans-
positio disjunctionem aliquam sonorum parit. (Sensus ta-
men hic est: *Torva leana sequitur lupum; Lupus capel-*
lam; Capella lasciva florentem cythifum trifolium pratense.)
II. *Sorites & Climax* Rhetor. differunt 1. in eo, quod Cli-
max non repetit in conclusione principium, neque subje-
ctum primæ propositionis cum prædicato ultimæ conjun-
git: Sorites vero repetit & conjungit. 2. in eo, quod Cli-
max Rhet. respicit tantum ornatum Orationis: Sorites ve-
ro illationem quæstionis dubiæ. Sic, quod bonum est, id
est optabile. Quod optabile, id est, expetendum. Quod ex-
petendum, id est laudabile. Quod laudabile, i. e. honestum.

Hæc

Hæc est Climax
postremæ hujus p
subiecto primæ p
stem, & est Sor
Climax ape
fectam, ideog
cap. 3.

Os. 2. v. 21. 2.
mas, exad am carb
tritionem, & vinam
Rom. 5. v. 2. &
veram etiam glori
patientiam parat
spem, spes vero no
Rom. 10. v. 14.
runt? Quomodo
modo autem ex
colant, si non sunt
Ib. v. 17. Fides
Joh. 1. v. 14.
apud Deum, & D
lux hominum, & f
beaderunt. Hic
I. Petr. 1. v. 5
am, in scientia a
tencia pietatem,
no charitatem.
I. Cor. 11. v. 1
tem Deus.
Lact. lib. 7. c.
nascitur, ut cog
agnoscimus, ut
mercede labora
August. lib.
meo te desiderat
necesse amare.

Haftenus est Climax five gradatio Rhetorica. Coniunge postremæ hujus propositionis prædicatum ad honestum cum subiecto primæ ad bonum. E. Quod bonum est, est honestum, & erit Sorites five gradatio Logica.

✕ Climax apertioem habet artem & magis affectam, ideoque rarior esse debet. *Fab. lib. 9. cap. 3.*

Exempla alia.

Ose. 2. v. 21. 22. *Et erit in die illa, exaudiam, dixit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terram, & terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum, & hæc exaudient.*

Rom. 5. v. 2. & seqq. *Gloriamur sub spe gloriae, nec id solum, verum etiam gloriamur in afflictionibus, scientes quod afflictio patientiam pariat, patientia vero probationem, probatio autem spem, spes vero non confundit.*

Rom. 10. v. 14. *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo autem credent ei, de quo non audiverunt? Quomodo autem audient sine predicante? Quomodo autem predicabunt, si non sunt missi?*

Ib. v. 17. *Fides ex auditu est: auditus vero per verbum Dei.*

Joh. 1. v. 1. 4. 5. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ illam non apprehenderunt. Hic Climax duplex.*

I. Petr. 1. v. 5. *Præstate in fide virtutem, in virtute scientiam, in scientia abstinentiam, in abstinentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate amorem fraternum, in amore fraterno charitatem.*

I. Cor. 11. v. 3. *Caput mulieris vir, viri Christus, Christi autem Deus.*

Lact. lib. 7. cap. 6. *Idcirco mundus est, ut nascamur: ideo nascimur, ut cognoscamus factorem mundi & nostri Deum: ideo agnoscimus, ut colamus: ideo colimus, ut immortalitatem pro mercede laborum capiamus &c.*

August. lib. 1. Medit. cap. 1. *Domine Deus meus, da cordi meo te desiderare, desiderando querere, querendo invenire, inveniendo amare.*

Cic. pro Rosc. Amer. *In urbe luxuries creatur: ex luxuria existat avaritia necesse est: ex avaritia erumpit audacia: ex audacia omnia scelera oriuntur.*

Idem pro Mil. *Neque vero se populo solum, sed etiam Senatui tradidit, neque Senatui modo, sed etiam publicis praesidiis & armis: neque his tantum, verum ejus potestati, cui Senatus totam Rempubl. omnem Italiae pubem, cuncta populi Romani arma commiserat*

Lib. 4. ad Heren. *Nam quae reliqua spes libertatis manet, si illis & quod libet, licet: & quod licet, possunt: & quod possunt, audent: & quod audent, faciunt: & quod faciunt, vobis molestum non est?*

Ibid. *Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria emulos comparavit.*

Pro Arch. *In ceteris Asiae partibus cunctisque Graeciae sic ejus adventus celebratur, ut famam ingenii expectatio hominis, expectationem ipsius adventus, admiratioque superaret.*

Exemplum Climacis est apud Ausonium.

Eydill. 12.

*Res hominum fragiles alit & regit & perimit Sors
Sors dubia aeternumque labans, quam blanda fovet spes.
Spes nullo finita aeo, cui terminus est mors.
Mors avida, inferna mergit caligine quam nox.
Nox obitura vicem remeaverit aurea cum lux.
Lux dono concessa Deum: cui praevisus est Sol.
Sol cui nec furto Veneris latet omnipotens Mars.
Mars nullo de patre satus: quem Thressa colit gens.
Gens infrena virum, quibus in scelus omne ruit fas.*

CAPUT XVIII.

I. ANAPHORA

est, cum sonus idem iteratur in Principiis sententiarum. *Latine dicitur Relatio.*

(*Ἀναφορὰ ab ἀναφέρω, id est, refero, quod sonum eundem referat seu repetat, nomen habet. Vocatur etiam ἰταναφορὰ Repetitio.*)

2. Ejus-

LIB
2. Ejusmodi
nus tantum in
publicam, con
deludi vosmet
tiemini? Cic.
(Hic repetitur
Et in Agr. l. S
san, metu perari
dionibus traditi
prior in syllaba
trotam: poster
tacionibus, sedi
Vel 2. Vol
v. 8. Melius
den in homin
quam in princ
It. vers. 15.
nem. Dextra
fortia.
(Hic eadem
Dextra, dexte
3. Anaph
4. Polu
tionis in p
Somnus &
pora atque an
(Polyfyndet
five compunctio
Anapho
est illustric
(Hinc vult
At anguste

✕ 2. Ejusmodi sunt duo: Vel enim 1. idem sonus tantum iteratur, ut: *Tandemque vexari Republicam, contemni Majestatem populi Romani, deludi vosmet ipsos, diutius a tribuno plebis patiemini?* CIC. *Agra. 2.*

(Hic repetitur tantum idem sonus in syllabis *RI. NI. DI.* Sic in *Agra. 1.* Solicitam mihi civitatem suspicione suspensam, metu perturbatam vestris legibus & concionibus & seditionibus tradidistis. Hic sonorum repetitio est duplex: prior in syllaba *tam*, ut *solicitam, sam, suspensam, tam, perturbatam*: posterior in syllababus, tertia vice repetita, *legibus, concionibus, seditionibus.*

✕ Vel 2. Vox eadem iteratur, ut: Psalm 118. v. 3. *Melius est, confidere in Domino, quam confidere in homine. Melius est, confidere in Jehovab, quam in principibus.*

✕ It. vers. 15. 16. *Dextra Jehovæ facit fortitudinem. Dextra Jehovæ excelsa. Dextra Jehovæ facit fortia.*

(Hic eadem voces repetuntur, *Melius est confidere, &c. Dextra, dextra.*)

✕ 3. Anaphoræ subjicitur Polyfyndeton anticum. ^

✕ 4. Πολυσύνδετον anticum est ejusdem conjunctionis in principio reiteratio sive repetitio, ut: *Somnus & vinum, & epulæ & scorta, & balnea corpora atque animos enervant.* LIVIUS lib. 8. *Decad. 3.*

(Polyfyndeton aliud nihil est, quam abundantia copularum sive conjunctionum.)

R E G V L A.

✕ Anaphora, quæ fit vocis ejusdem repetitione, est illustrior & frequentior.

(Hinc vulgo Repetitio ejusdem vocis ab initio deficitur. At anguste nimis & non nisi κατ' ἐξοχήν.)

Exempla alia

Occurrunt infinita fere in Psalmis; Præcipue vero Ps. 148.

v. 1. *Laudate Deum de cælis, laudate eum in excelsis.*

Verf. 2. *Laudate eum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtutes ejus.*

Verf. 3. *Laudate eum Sol & Luna: laudate eum omnes stelle & lumen.*

Verf. 4. *Laudate eum cæli cælorum, & aquæ omnes, quæ super cælos sunt.*

Verf. 5. *Laudent nomen Domini, quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit, & creata sunt.*

Pfal. 150 v. 1. 2. *Laudate Deum in sanctitate ejus, laudate eum in firmamento virtutis ejus.*

Laudate eum in virtutibus ejus: Laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus, &c. Ubi insignis est Anaphora per integrum Psalmum.

Pfal. 118. v. 6. 7. *Jehovah mecum, non timebo, quid faciat mihi homo? Jehovah mecum, & ego despiciam inimicos meos.*

Pfal. 29. v. 3. & seqq. *Vox Domini super aquas. Vox Domini in virtute. Vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros.*

Pfal. 67. v. 6. & seqq. *Confiteantur tibi populi omnes. Benedicat nos Deus, Deus noster. Benedicat nos Deus & metuant eum omnes fines terræ*

Pfal. 124. v. 1. *Nisi Dominus ipse fuisset nobiscum, dicat nunc Israel: Nisi Dominus ipse fuisset nobiscum, &c.*

Pfal. 127. v. 1. *Nisi Dominus ædificaverit domum, frustra laborant, qui ædificant eam. Nisi Dominus custodiverit civitatem, frustra &c.*

Phil. 4. v. 8. *Quod reliquum est fratres, quaecunque sunt vera, quaecunque honesta, quaecunque justa, quaecunque pura, quaecunque amabilia, quaecunque nomine boni, si qua virtus, si qua laus, hæc cogitate. Ubi epizeuxis.*

Rom. 2. v. 21. 22. 23. *Quod doces alium, teipsum non doces. Qui prædicas, non furandum, furaris. Qui dicis, non adulterandum, adulterium committis. Qui execraris simulacra, sacrilegium admittis. Qui de lege gloriaris, per legis transgressionem Deum dehonestas.*

Rom.

LIB
Rom. 8. v. 35.
quæstio? num an
multas? num pe
Verf. 38. Nam
esta, neque Ange
que instantia, m
Verf. 39. Neq
tura nos signat
Jesu.
Cic. Catil. 1. 2.
vobis cogita: n
m: nihil hic man
na vultusque mor
Pro Cluent. Le
tes judices: Legu
mas.
Pro Leg. Mani
non & cogita re
ere possit.
Pro M. Marc.
jus sine edo, & si
Plin. lib. 7. in
nulli rerum om
rabies accor.
Virg. Aeneid
Idem Aeneid
Nate p
Prop. 1. 2. V
Vino fa
Idem lib. 3.
Auro p
Ovid. lib. 1.
Tuta
Horat. lib.
Orium bell
Orium Ma

Rom. 8. v. 35. *Quis nos separabit a dilectione Christi? num afflictio? num angustia? num persecutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius &c.*

Verf. 38. *Nam mihi persuasum habeo, quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque potestates, neque instantia, neque futura.*

Verf. 39. *Neque altitudo, neque profunditas, neque ulla creatura nos separare poterit a dilectione Dei, quæ est in Christo Jesu.*

Cic. Catil. I. *Nihilne te nocturnum præsidium palatii: nihil urbis vigilia: nihil timor populi: nihil consensus honorum civium: nihil hic munitissimus habendi Senatus locus: nihil horum ora vultusque moverunt.*

Pro Cluent. *Legum ministri Magistratus: Legum interpretes iudices: Legum denique ideo servi sumus, ut liberi esse possimus.*

Pro Leg. Manil. *Numquid res illa tam difficilis, quam ille non & consilio regere, & integritate tueri, & virtute conficere possit.*

Pro M. Marc. *Nam & sine amore, & sine cupiditate, & rursus sine odio, & sine invidia iudicabunt.* Hic polyfyndeton est.

Plin. lib. 7. in præm. de Homine: *Nulli vita fragilior, nulli rerum omnium libido major, nulli pavor confusus, nulli rabies acrior.*

Virg. Æneid. 6. *Nunc animis opus, Ænea, nunc pectore firmo.*

Idem Æneid. 1. *Nate, mea vires, mea magna potentia, solus Nate patris summi, &c.*

Prop. l. 2. *Vino forma perit, vino corrumpitur ætas, Vino sæpe suum nescit amica virum.*

Idem lib. 3. *Aurum omnes ficta jam pietate colunt, Auro pulsa fides, auro venalia jura.*

Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Ovid. lib. 1. de art. *Tuta frequensque via est per amici fallere nomen.*

Tuta frequensque licet sit via, crimen habet.

Horat. lib. 2. Carm. Od. 16. *Otium dives rogat in patenti, Otium bello furiosa Thrace.*

Otium Medi pharetra decori.

CAPUT XIX.

I. EPISTROPHE

est, cum similis sonus in clausulis iteratur. *Latine dicitur Conversio.*

(Dicitur etiam ἐπιφορά. A Cic. 3. de Orat. dicitur crebra ejusdem verbi in extremum conversio.)

2. Ejusmodi sunt duo. Vel enim 1. idem sonus tantum in clausulis iteratur, ut: *Ecclesia oppugnatur, sed non expugnatur; premitur non opprimitur.* CICER. pro Milon. *Est hæc, judices, non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus: Verum ex ipsa natura arripuimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus.*

(Est in posteriori hoc exemplo illustris Epistrophe, eaque quadruplex: 1. non scripta, sed nata, 2. didicimus, accepimus, legimus. 3. arripuimus, hausimus, expressimus. 4. docti, facti, instituti, imbuti.)

Vel 2. vox eadem in clausulis iteratur, ut, Psal. 136. v. 1. & seqq. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus.*

Confitemini Deo Deorum, quoniam in seculum misericordia ejus.

Confitemini Domino Dominorum, quoniam in seculum misericordia ejus.

3. Epistrophæ subjiciuntur: 1. Πολυσύνδετον posticum. 2. Asyndeton. 3. ἰσόκωλα. 4. Ἀντίθετα. 5. Ὁμοίωπτωτον. 6. Ὁμοιοτέλειον.

(Singula enim hæc huic figuræ subjicienda, quatenus scilicet similem habent in clausulis finalibus sonum seu exitum: Non n. hic striçte qualitatis seu paritatis similitudo exigenda:

LIBI
 de: sed sufficit.
 & partes qualis
 (4. POLY
 est ejusdem
 repetitio, ut
 Virg. Æn. 1. 1.
 Et Æn. 6. For
 Fatoque Fortu
 15. ASYN
 pulativæ inte
 excessit, evasit
 genere fuisse
 Curios.
 (Asyndeton d
 horum dissolutio
 vuntur. Nota
 & illustris, non
 Virg. vide homi
 x6. ISOC
 membra, qu
 stant, ut: e
 suscepit: me
 pejo in Orat
 mto aliqui
 buo parenti.
 (Dicuntur et
 is membra, ve
 syllabarum m
 stant, ut ver
 Auf. ad Her
 finus trad. 1
 predicatas &
 sile, altera a

da: sed sufficit, si utrinque similis sit syllabarum numerus & paritas qualiscunque.)

X 4. POLYSYNDETON POSTICVM est ejusdem conjunctionis in fine vocabulorum repetitio, ut:

Virg. Æn. 1. *Una Eurusq; Notusq; ruunt creberq; procellis Africus.*

Et Æn. 6. *Fortē recensēbat numerum charosque nepotes, Fataque Fortunasque virum moresque manusque.*

X 5. ASYNDETON est conjunctionis copulativæ intermissio, ut: CIC. Catil. 2. *Abiit, excessit, evasit, erupit.* Idem pro Cælio: *Ex hoc genere fuisse illos arbitror, Camillos, Fabricios, Curios.*

(Asyndeton dicitur & Diallyton, id est, dissolutum, verborum dissolutio, quia omissis conjunctionibus quasi dissolvuntur. Nota asyndeton tametsi in epistrophe fit crebra & illustris, non tamen semper epistrophe constituit, ut Virg. vide hominem, lupum, capram.)

X 6. ISOCOLA sunt duo vel plura Orationis membra, quæ fere pari syllabarum numero constant, ut: *extrema hyeme apparavit: ineunte vere suscepit: media æstate confecit,* CICERO de Pompejo in Orat. pro leg. Manil. Idem pro Syll. *Permitto aliquid iracundiæ tuæ: de adolescentiæ: tribuo parenti.*

(Dicuntur etiam Græce *πᾶριστα*, id est, *similia* five *æqualia membra*, vel *similia similibus relata*: sic dicta ob parem syllabarum numerum, quibus membra duo vel plura ita constant, ut verba verbis q. dimensa & paria respondeant. Auct. ad Heren. Horum illustre exemplum proponit Augustinus tract. 124. in Johan. *Duas itaque vitas sibi divinitus prædicatas & commendatas novit Ecclesia, quarum est una in fide, altera in spe: una in tempore peregrinationis, altera in*

eter-

æternitate mansionis: una in labore, altera in requie: una in via, altera in Patria: una in opere actionis, altera in mercede contemplationis: una declinat a malo, & facit bonum, altera nullum habet, a quo declinet, malum & magnum habet, quo perfruatur bonum: una cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat: una fortis est in adversis, altera nihil sentit adversi: una carnales libidines frenat, altera spiritualibus delectationibus vacat, &c. Vide Rhetoricam Dn. Chytræi h. l. & obiter nota hic concurrere homœoteuton & homœoptoton.

7. ANTITHETA sunt duo vel plura Orationis membra diversa five opposita, ut: *Ad quam legem non docti sed facti, non instituti sed imbuti sumus*, pro Marcell.

(Simile est hoc *Cic. in Orat. pro leg. Manil.* Cujus scientiæ rei militaris non alienis, sed suis imperiis: non offensionibus belli, sed victoriis: non stipendiis, sed Triumphis est traducta. Ubi Antitheta. Obiter observa. Notas Antitheseos esse non, sed &c.

8. HOMEOPTOTON est, cum simili sono casuum dictiones & sententiæ desinunt, ut: τὸ ἄδηλον. *Annis mille jam peractis, nulla fides est in pactis. Mel in ore, verba lactis, fel in corde, fraus in factis.*

(Homœoptota dicuntur similiter cadentia, eum iisdem casibus finiuntur commata aut cola. Sic tres sunt sententiæ five dictiones, quæ finiuntur eodem casu ablativo. 1. *peractis, factis.* 2. *ore, corde.* 3. *lactis, factis.* Frequentissima est hæc figura Bb. Patribus. Sic Augustin. *de Virg. cap. 53. internis luminibus inspicite vulnera (Christi in cruce) pendentis, cicatrices resurgentis, sanguinem morientis, precium credentis, commercium redimentis.* Idem in Psal. 85. *Non est ita superbia elati, sed confessio non ingrati.)*

9. HOMEOOTELEUTON est, cum quæcunque voces & verba simili sono in clausulis de-

desinunt, ut:
 trar: hoc fidei
 & liter. cap.
 des dicere, li
 (Homœotele
 ab Homœopto
 fununt, in illor
 non habent simi
 clausula in a
 imperat; facere
 Ca. pro leg. Ma
 nus navigavit, qu
 dimum cum cas
 mentis populor
 cerit, controver
 rit, inveterum
 bus disciplinam
 gatu studio &
 cap. 2. Nallum
 rescis, nisi quis
 tus non percuss
 Deus meus, co
 ze irritati: q
 or am promer
 Si panis, p
 ro, prestolar
 In Epist
 sint brevior
 as vitiosa fit
 Psal. 136.
 in seculum mi
 Vid. seqq.
 lat. quoniam
 nam in secul
 place concurr

definunt, ut: *Quod operum lex minando imperat: hoc fidei lex credendo imperat*, August. de Spir. & liter. cap. 13. *Turpiter audes facere, nequiter studes dicere*, lib. 4. ad Herenn.

(Homœoteleuta dicuntur similiter desinentia. Differunt ab Homœoptotis, quia in his tantummodo casus similiter desinunt, in illis vero etiam verba & quæcunque voces, quæ casus non habent, simili sono in colis & commatibus. Sic una est clausula in allatis exemplis eodem modo desinens, *imperat, impetrat; facere, dicere*. Sed sæpius plures connectuntur, ut Cic. pro leg. Manil. Quam celeriter Pompejo duce belli impetus navigavit, qui Siciliam adiit, Africam exploravit, inde Sardiniam cum classe venit. Cic. pro Balb. Omitto, quantis ornamentis populum istum C. Casar, cum esset in Hispania, affecerit, controversias secundarit, jura ipsorum permissu statuerit, inveteratam quandam barbariem ex Gaditanorum moribus disciplinaque delerit, summa in eam civitatem hujus rogatu studia & beneficia contrulerit. August. lib. Meditat. cap. 2. *Nullum spernis, neminem abjicis, neminem perhorrescis, nisi qui forte amens te exhorruerit. Ergo non modo iratus non percutis, sed te irritantibus dona, si quaesierint, tribuis Deus meus, cornu salutis meæ, & susceptor meus, ego infelix, ego te irritavi: ego malum coram te feci, furorem tuum provocavi, iram promerui: peccavi & passus es, deliqui & adhuc sustines: Si pœnitet, parcis, si revertar suscipis: insuper, dum differo, præstolaris.*)

In Epistrophe sequentia membra & commata sint breviora & Oratio habeat vehementiam, alias vitiosa fiet Tautologia.

Exempla alia.

Psal. 136. v. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia ejus &c.*

Vid. seqq. *Viginti sex namque exempla Psalmus hic suppeditat, quoniam in singulis versiculis clausula hæc repetitur; Quoniam in seculum misericordia ejus. Ubi simul elegans Symptoce concurrat.*

Rom. II. v. 21. *Vide Dei bonitatem ac severitatem; in eos, qui ceciderunt, severitatem; in te vero bonitatem,*

Rom. 12. v. 15. *Gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus.*

Item Authoris incerti. *Absumus a te, vivimus ex te, fidimus in te, tendimus ad te, non nisi per te, optime Christe.*

Huc pertinent veterum de pœnis infernalibus rhythmus:

Sunt ibi tortores serpentibus horridiores,

Deformes nigri, sed non ad verbera pigri.

Nunquam lassantur, semper ad hoc renovantur.

Nunquam quassati, semperque ferire parati.

Semper mordescunt, nec cessant, nec requiescunt.

Hic Ifocol. Antithet. Homœopt. & Homœotel. concurrunt.

Cyprian. ferm. de Spirit. S. *Spiritus sanctus solo nutu perficit omnia: quod dicit, facit; quod jubet, implet; secreta indicat, pandit occulta, revelat ignota, hebetat acutos, perspicaces confutat.* Et paulo post: *Hic peccata diluit, hic justificat impios, & ad vitam revocat mortuos. Hic discordes pacificat & vinculo charitatis ligat.*

August. tract. 33. in Joh. *Mansuetus (est) Dominus, longanimus Dominus, misericors Dominus, sed & justus Dominus & verax Dominus.*

Calliod. in Psal. 32. v. 20. *Patientia est, quæ gloriosos martyres facit, quæ fidei nostræ bona custodit, quæ omnia vincit adversa, non colluctando sed sustinendo, non murmurando sed gratias agendo.*

Bernh. in Orat. Rhythmica.

Quocunque loco fuero,

Jesum meum desidero,

Quam letus, cum invenero,

Quam felix, cum tenuero. Ubi & Symploc.

Cypr. de hab. Virg. tract. 2. *Est disciplina custos spei, retinaculum fidei, dux itineris salutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magistra virtutis.* Homœopt.

August. de verb. Dom. ferm. 37. *Seculi hujus letitia est impunita nequitia.* (umbra.

Virgil. Eclog. 10. *Surgamus, solet esse gravis cantantibus*

Juniperi gravis umbra, nocent & frugibus umbra.

Ibid. *Certe sive mihi Phyllis, sive esset Amyntas,*

Seu quicumque furor (quid tum, si fuscus Amyntas:

Et nigra viola sunt, & vaccinia nigra.)

Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.

Mart. lib. 2. epigr. 18. Capto tuam (putet heu) sed capto

Maxime, cœnam:

Tu captas aliam, jam sumus ergo pares.

Mane salutatum venio: tu diceris esse

Ante salutatum: jam sumus ergo pares.

Sum comes ipse tuus, tumidique ante ambulo regis.

Tu comes ulterius, jam sumus ergo pares.

Cic. in Verrin. Atque illud etiam a te audire cupio, quare, cum ego legem de ambitu tulerim, ex Senatus Consulto tulerim, sine vi tulerim, salvis auspiciis tulerim &c.

Philipp. 2. Doletis tres exercitus populi Romani esse interfecit? interfecit Antonius. Desideratis clarissimos cives? eos quoque eripuit Antonius. Auctoritas hujus ordinis afflictæ est? afflixit Antonius.

CAPUT XX.

I. S Y M P L O C E

est, cum idem sonus & in principiis & in clausulis sæpius iteratur. Dicitur Latine Complexio, Rutilio Lupo κοισότης, ideo forte, quia anaphoram, & epistrophen tanquam commune subjectum complectitur.

Simplexe dicitur a σύν & πλέκω, i. e. simul implico. Complexio dicitur, quia Anaphoram & Epistrophen simul implicat & complectitur. Utraque enim hæc figura tum Anaphora tum Epistrophe conjuncta dicitur Symploce sive complexio. Itaque non est peculiaris species figurarum dictionis ab Anaph. & Epistroph. distincta sive diversa, ut maxime a Rhetoribus propter majorem, ampliolem & graviorem ornatum, peculiare nomen sortita fuerit: sed est tantum Anaphoræ & Epistrophes affectio quæpiam adjuncta, quæ plane ut Allegoria in tropis Metaphorarum, Metonymiarum, &c. Ita Anaphoræ & Epistrophes conjunctio quæpiam est iterata.

2. Modi

1. 2. Modi ejus sunt tres. Vel enim 1. idem sonus in clausulis iteratur, ut: *Spem improbis ostendistis: timorem bonis injecistis: fidem de foro, dignitatem de Republ. sustulistis.* CIC. *Agrav. 1.*

Hic idem sonus in principiis iteratur, *spem. timorem, fidem:* & in clausulis: *ostendistis, injecistis, sustulistis.* Sic *Cicer.* in Orat. pro Cæi. describens Catilinam hoc modo utitur: *Quis clarioribus viris quodam tempore jucundior? turpioribus conjunctior? quis civis meliorum partium aliquando? quis civitati huic hostis teterior: quis in voluptatibus inquinatior? quis in laboribus patientior? quis in rapacitate avarior? quis in largitione effusior? illa vero Judices, in illo homine admirabilia fuere, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnibus communicare quod habebat, servire temporibus suorum pecunia, gratia, labore corporis, scelere etiam, si opus esset, & audacia: versare suam naturam, & tegere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere: cum tribus severe, cum remissis jucunde, cum senibus graviter; cum juventute comiter, cum facinorosis audacter, cum libidinosi luxuriose vivere. Ubi symploce triplex in soni repetitione in clausulis. 1. in *Quis & Or.* 2. in *Cum & e.* 3. in *eum & cr.*)*

Vel 2. vox eadem iteratur, ut: *Qui seminat parce, parce etiam metet. Qui seminat copiose, copiose etiam metet,* 2. *COR. 9. Quis eos postulavit? Appius. Quis produxit? Appius.* CICER. *Pro Milon.*

(Hic repetitio duplex est ejusdem vocis, *Qui, metet.* Concurrit etiam Anadiplos. in voce *parce & copiose.* Sic *Cic. Agrar. 2. Quis legem tulit? Rullus. Quis majorem populi partem suffragiis privavit? Rullus. Quis comitiis praesuit? idem Rullus.)*

Vel 3. periodus eadem iteratur, ut: *Dan. 3, 58. Benedicite Angeli Domini Domino: Laudate & exaltate eum in secula. v. 59. Benedicite caeli Domino: Laudate & exaltate eum in secula, v. 60. Benedicite aquae, quae supra caelos sunt Domino, laudate & exaltate eum in secula, &c.* Exem-

LIBR
Huc pertinet ad
nace Babylonica
celebrant v. 59
tot. in quo contin
Psal. 118. v. 2
cor dicitur v. 1. Dicit
serior dicitur v. 4
seculum superior dicitur
Item v. 10. Cetera
relinquenda eos. v. 11
Domini ex seculum
nec sicut ignis: &
August. lib. 2. d
pore, nec migrat in
disur, nec sensibus
Aug. Soliloq. ca
li, tu me creasti:
tu me illuminasti.
Id. loc. alleg. ca
lucasti me, liberasti
me: quando ignor
me: quando ful
confortasti me:
nasti me: quan
me: quando dormi
sti me.
Idem in manu
delictis est. Deus
Idem de verb
rum: aurum peri
tutum: aurum
Cic. 4. in Ver
vincia veteri,
argenteum vas
nullam gemmam
ro, aut chore f
nemini: raga n

Exempla alia.

Huc pertinet allegatum Canticum trium puerorum in fornace Babylonica, ubi eleganti Symploce Domini bonitatem celebrant a v. 59. usque ad 91. Vide etiam Psal. 136. per tot. in quo continua est Symploce.

Psal. 118. v. 2. *Dicat nunc Israel, quod in seculum misericordia ejus.* v. 3. *Dicat nunc familia Aaron, quod in seculum misericordia ejus.* v. 4. *Dicant nunc, qui timens Jehovam, quod in seculum misericordia ejus.*

Item v. 10. *Circumdederunt me gentes, & in nomine Domini excindam eos.* v. 11. *Circumd. me, circumdederunt, & in nomine Domini excindam eos.* v. 12. *Circumd. me sicut apes, & exarserrunt sicut ignis: & in nomine Domini excindam eos.*

August. lib. 2. de lib. arb. cap. 14. *Veritas nec peragitur tempore, nec migrat locis, nec nocte intercipitur, nec umbra intercluditur, nec sensibus corporis subjacet.*

Aug. Soliloq. cap. 6. *Ego peccavi, tu me visitasti: Ego cecidi, tu me erexisti: Ego ignoravi, tu me docuisti: Ego non vidi, tu me illuminasti.*

Id. loc. alleg. cap. 13. *De multis & magnis periculis sepe liberasti me, liberator meus: quando erravi, ad viam reduxisti me: quando ignoravi, docuisti me: quando peccavi, corripuisti me: quando fui tristis, consolatus es me: quando desperavi, confortasti me: quando cecidi, erexisti me: quando steti, tenuisti me: quando ivi, deduxisti me: quando veni, suscepisti me: quando dormivi, custodisti me: quando clamavi, exaudisti me.*

Idem in manual. c. 19. *Deus Pater charitas est. Deus Filius dilectio est. Deus Spiritus sanctus amor Patris & Filii est.*

Idem de verb. Apost. serm. 26. *Aurum est materia laborum: aurum periculosa res possidentium: aurum enervatio virtutum: aurum malus dominus, aurum proditor servus.*

Cic. 4. in Verr. *Nego in Sicilia tota tam locuplete, tam provincia vetere, tot oppidis, tot familiis, tam copiosis, ullum argenteum vas, ullum Corinthium aut Deliacum fuisse: nego ullam gemmam aut margaritam fuisse, aut quicquam ex auro, aut ebore factum signum ullum æneum, marmoreum, eburneum: nego ullam picturam neque in tabulis neque texti-*

Iam fuisse, quin quaesierit, inspexerit, quod placitum sit, abstulerit.

*Huc pertinet querela Salvatoris nostri de ingratitude mundi
de Rhythmis Germanicis a quopiam expressa:*

Gott unser Herr, so zu uns spricht:

Ich bin Ewig, ihr sucht mich nicht;

Ich bin Allmächtig, ihr fürcht mich nicht,

Ich bin Barmherzig, ihr trauet mir nicht,

Ich bin Wahrhaftig, ihr gläubet mir nicht,

Ich bin Gerecht, ihr ehret mich nicht,

Ich bin der Weg, ihr gehet mich nicht,

Ich bin das Licht, ihr sehet mich nicht,

Ich bin das Leben, ihr begehret mich nicht,

Ich bin der Weise, ihr folget mir nicht,

Ich bin ein Lehrer, ihr fraget mich nicht,

Ich bin Reich, ihr bittet mich nicht,

Ich bin Schön, ihr liebet mich nicht,

Ich bin Edel, ihr dienet mir nicht,

Werdet ihr nun verdammt, so verweist mirs nicht, &c.

CAPUT XXI.

EPANALEPSIS

est, cum idem sonus in initio & fine repetitur.
Latine dicitur Resumptio.

(Epanalepsis dicitur ab ἐπι ἀνά & λαμβάνω accipio, sumo, nimirum a 2. perf. præteriti vocis passivæ, λήψαι est ἐπανάληψις resumptio, vel ingeminatio, vel inclusio, vel complexio. Nominatur etiam κύκλος circulus ab Herimogene, cum periodus desinit in eo verbo, a quo incipit. Accipitur autem a Rhetoribus strictim, & speciatim de hac sola alterationis specie, per quam eadem dictio in principio & fine dictionis iteratur. Alias communi significatione cuilibet repetitionum generi vox hæc convenire potest. *Fabius Epanalepsin male inter tropos recenset lib. 8. c. 3.* quia 1. non est in una voce, sed in vocum integræ sententiæ sonis, nec 2. significationem vocis mutat, sed tantum Orationis schema informat.)

Modi

Modi ejus
nus repetitur
quam volunta
(Hic idem so
lib. 1. Illa erat
parem cum caten
oris non ad de
Hic idem sonus e
Vel 2. ead
Multa super
multa.

Pa
Sola fides videt
Obinet
(Hic repetitur
Vel 3. ead
lib. 8. Epig. 2
Phepbote, re
Cziane

1. Differt
mel tantum
sonum repe
2. Differt
in principio
similem son
principio &

Plal. 8. v. 1
nomen suum i
calis.
Vers. 2. &
Iandem, &c.

Modi ejus tres sunt. Vel enim 1. idem sonus repetitur, ut: *Saluti eorum potius consulam, quam voluntati. Verr. 4.*

(Hic idem sonus repetitur salutis, voluntatis. Sic *Philipp. 1. Illa erat vita, illa secunda fortuna. Libertate esse parem cum cæteris, principem dignitate. Catil. 1. Vivis & vivis non ad deponendam sed ad confirmandam audaciam. Hic idem sonus est in te & am.)*

Vel 2. eadem vox repetitur, ut: *Æneid. 1. Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.*

Poëta Christianus ἀδελφῶν.

Sola fides audet tua munera poscere, Christe.

Obtinet hæc eadem munera sola fides.

(Hic repetuntur eadem voces munera & sola fides.)

Vel 3. eadem sententia, ut in illo **MARTIAL** lib. 8. *Epig. 21.*

Phosphore, redde diem, quid gaudia nostra moraris?

Cæsare venturo, phosphore, redde diem.

1. Differt a Symploce, quia Epanalepsis semel tantum in principio & semel in clausula sonum repetit: Symploce autem sæpius.

2. Differt ab Epanodo, quia Epanodos vel in principio & in medio, vel in medio & fine similem sonum repetit. Epanalepsis autem in principio & fine.

Exempla alia.

Psal. 8. v. 1. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra, qui posuisti gloriam tuam super caelos.

Verf. 2. Ex ore parvulorum & lactantium perfecisti tibi laudem, &c.

V. ult. *Domine Deus noster, quam admirabile est nomen
euum in universa terra,*

Pfal. 121. v. 7. *Dominus custodiat te ab omni malo, custo-
diat animam tuam Dominus.*

Rom. 15. v. 4. *Quaecunque præscepta sunt, in nostram do-
ctrinam præscepta sunt.*

I Cor. 10. v. 20. *Quae immolant gentes, Daemoniis im-
molant.*

I Cor. 14. v. 15. *Orabo spiritu, sed & mente orabo.
Psallam spiritu, sed & mente psallam.*

Mart. 9. Epigr. 99. *Rumpitur invidia, quod amamus,
quodque probamur:*

Rumpatur, quisquis rumpitur invidia.

Plaut. in Amphit. Act. 2. Sc. 2. *Virtus omnia in se habet,
omnia assunt bona, penes quem est virtus.*

Juven. Sat. 6. *Nil non permittis mulier sibi, turpe putas
nil.*

Idem Sat. 14. *Crescit amor nummi, quantum ipsa pecu-
nia crescit.*

Sedul. in hymno, in quo hujus figuræ exempla:

Sola fuit mulier, patuit qua janua lethi,

Ex qua vita redit, sola fuit mulier.

Ovid. 4. Fast. *Qui bibit inde, furit: procul hinc discedi-
te, queis est*

Cura bonæ mentis: qui bibit inde, fuerit.

Lib. 1. Amor. eleg. 9. *Militat omnis amans & habet sua
castra Cupido,*

Attice, crede mihi, militat omnis amans.

Cicer. pro Marc. *Vidimus tuam victoriam praliorum exi-
tu terminatam, gladium vagina vacuum in urbe non vi-
dimus.*

Id. Verrin 7. *Multi & graves doleres inventi, parentibus
& propinquis multi.*

CAPUT

1. E
est, cum idem
vel in medio
gressio.

(Dicitur Epano-
ad viam redit,
regreditur, idq
in principio & tu

2. Ejusmodi
nus iteratur,
non ut amico

(Hic idem son-
& in fine, in ro

3. Vel 2. e
v. 15. 16. Cr
qui salvantur,
dem odor mon-
te ad vitam

(Epanodos h
suum varietates
pro Cecin. Q
nem sequi, qu
dignam non vi
varietate, 1. e
nam. 3. turpen

Rom. 3. v. 2

Iustitia autem

Gal. 2. v. 14

bus legis, nisi

sum credimus

ribus legis, p

omnis caro.

CAPUT XXII.

I. EPANODOS

est, cum idem sonus in principio & in medio, y
vel in medio & fine iteratur. *Dicitur Lat. Re-*
gressio.

(Dicitur Epanodos ab ἐπι, ἀνά & ὁδός, id est, regressio seu
ad viam reditus, quod ad eandem viam seu sonum sæpius
regrediatur, idque duabus rationibus & locis duobus, alias
in principio & medio, alias in medio & fine.)

2. Ejusmodi duo sunt. Vel enim 1. idem so-
nus iteratur, ut: *Habuit honorem ut proditori*
non ut amico fidem, CIC. Verr. 2.

(Hic idem sonus *em* ponitur in medio in voce *honorem*,
& in fine, in voce *fidem*.)

3. Vel 2. eadem vox iteratur, ut 2 Cor. 2.
v. 15. 16. *Christi bonus odor sumus Deo in iis,*
qui salvantur, & in iis, qui pereunt. His qui-
dem odor mortis ad mortem: illis vero odor vi-
tæ ad vitam.

(Epanodos hic triplex in voce *odor*. Ubi obiter *nota*, ca-
suum varietatem figuram hanc non tollere, ut in illo *Cic.*
pro *Cæcin*. Quia res indigna sit, ideo turpem existimatio-
nem sequi. quia turpis existimatio sequitur, ideo rem in-
dignam non vindicari. Ubi triplex Epanodos in casuum
varietate, 1. *existimationem, existimatio. 2. indigna, indig-*
nam. 3. turpem, turpis.)

Exempla alia.

Rom. 3. v. 21. *Nunc sine lege justitia Dei manifestata est:*
Justitia autem Dei per fidem Jesu Christi.

Gal. 2. v. 16. *Scientes, quod non justificatur homo ex operi-*
bus legis, nisi per fidem Jesu Christi, & non in Christum Je-
sum credimus, ut justificemur ex fide Christi & non ex ope-
ribus legis, propterea quod non justificabimur ex operibus legis
omnis caræ.

Rom. 2. v. 1. *Eo ipso quod iudicas alterum, te ipsum condemnas; eadem enim facis ipse, quæ iudicas.*

Rom. 7. v. 19. *Non enim, quod volo, facio bonum, sed quod non volo malum, hoc facio.*

Rom. 9. v. 25. *Vocabo populum, qui meus non erat, populum meum: & eam, quæ dilecta non erat, dilectam.*

Hieron. in Matth. c. 7. *Cui non datur, & qui non invenit, & cui non aperitur, apparet, quod non bene petierit, quæ se verit. pulsaverit.*

Aug. in Psal. 102. *Observa ultimum eras, quia ignoras, quod sit ultimum eras.*

Id. Soliloq. cap. 7. *Adhæream tibi verbum, ut conserves me, quia ubi a te recessi, petii in me, nisi quia tu, qui me feceras, refecisti me.*

Idem tract. 40. in Joh. *Quærit & ipse (Deus) nummum suum sicut Cæsar nummum suum. Ideo reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris, & Deo, quæ Dei sunt. Cæsari nummos, Deo vos ipsos. Ubi & Polyptot. concurrat.*

Idem in Manual. c. 31. *Melior est, qui bonis simul & malis bonus est, quam qui bonis tantum bonus est: & melior est, qui malis & parcendo & puniendo bonus est, quam qui puniendo tantum.*

Id. lib. de Pauper. *Quid sit hodie, quisque homo vix novit, ipse homo tamen utcumque ipse, quid hodie, quid autem eras, nec ipse.*

Bernh. in Ep. *Non irasci, ubi irascendum est, & nolle emendare, peccatum est: plus irasci, quam irascendum est, peccatum peccato addere est.*

Virg. Ecl. 8. --- ----- *Crudelis tu quoque mater, Crudelis mater magis, an puer improbus ille.*

Improbus ille puer, crudelis tu quoque mater. Ubi etiam est Anadiplos.

Propert. l. 2. *Hujus ego vivus, mortuus huius ero.*

Cic. pro Plancio: *Gratiam qui refert, habet: & qui habet, in eo quod habet, refert.*

Id. post. red. ad Quirit. *Pecuniam qui retinet, non dissolvit, qui reddit, non habet. Gratiam & qui retulit, habet, & qui habet, dissolvit.*

2. Of. Comendat
dicit, non reddidisse

tem & qui reule
Anson. in herou

Inferit Didi mu

Hac perant

Hac pertinet &

niz capite manand

Ind. Chron. p. 611.

Quid ius im

Si faciem

Sic nostri Germa

liber Theologus

logi de Phila. Spiri

tit, und der lau

est, cum dict

syllaba tamen

tar Latine Ad

amens. Om

miser es, & f

est, sed in cau

(Dicitur magis,

minatio, a trasp

re, quia habet p

Oru. Mutatur e

medio vel in p

eris, as, id est

stis, es, id est,

1. Paron

Plocz sive co

2. AN

verbum ne

2. Offic. *Commode dixit quicumque dixit: Pecuniam quis habet, non reddidisse: & qui reddiderit, non habere. Gratiam autem & qui retulerit habere, & qui habeat retulisse.*

Auson. in heroum epitaph.

Infelix Dido nulli bene nupta marito,

Hoc perunte fugis, hoc fugiente peris.

Huc pertinet & illud D. Justi Jonæ, quod cum Haffnia capite truncandus esset, ante mortem, Bucholzero teste *Ind. Chronic. p. 631.* recitavit:

Quid juvat innumeros scire atque evolvere casus,

Si faciendus fugis, si fugienda facis?

Sic nostri Germani de Theologo Politico, *Er ist ein Politischer Theologus, und Theologischer Politicus.* Sic Theologi de *φιλανθρωπία Dei*, *O der barmherzigen Leutseligkeit, und der leutseligen Barmherzigkeit.*

CAPUT XXIII.

PARONOMASIA

est, cum dictiones significationibus diversæ, syllaba tamen aliqua inter se conveniunt. *Dicitur Latine Agnominatio, ut: Omnis amans amens. Omnis honos onus. Si non habes æs, miser es, & pingua non es. Non in aula natus est, sed in caula.*

(Dicitur *παρονομασία* a *παρά* ad & *ὄνομα* nomen, *adnominatio*, a *παρονομάζειν* agnominare, vel ad nomen alludere, quia habet parvam immutationem, ut *Cicer.* ait 2. de Orat. Mutatur enim in hac figura una vel altera syllaba in medio vel in principio syllabæ, ut *amans amens, honos onus, æs*, id est pecunia, Metonym. *miser es*, id est, existis, *es*, id est, edis. *Caula, aula.*)

1. Paronomasiæ subjiciuntur *Antanacclasis & Ploce* sive copulatio.

2. ANTANACLASIS est, cum idem verbum nonnihil mutatum, aut mutata signi-

ficatione reperitur, ut *Cic. 4. ad Heren. Jucundum est amari, si curetur, ne quid insit amari. Veniam ad vos, si mihi Senatus det Veniam.*

(Hic 1. amari est infinitivus passivi amor. 2. est genitivus nominis amorum & 1. veniam est verbum. 2. veniam accusat. nominis venia. Sic *Cicero* lib. 3. de *Offic. de Scipione* dicit: *Nunquam minus fuit otiosus, quam cum otiosus.* Ubi *otiosus* priori loco de animo, posteriori de corpore intelligi debet. Idem ad *Heren. c. 4.* Hic tametsi videretur honoris cupidus, *tamen non tantum curiam diligit, quantum Curiam* (meretricem sic dictam.)

4. PLOCE est, cum idem verbum bis positum prius personam, posterius mores aut qualitatem personæ convenientem significat, ut *Rom. 9. Non omnes, qui sunt ex Israel, Fidei sunt Israël confites.* *Jesus est vere Jesus* (Salvator.) *Germani sunt Germani* (sinceri, candidi, γνήσιοι, fratres, quasi ex eodem germine orti) *Ludovicus, Hassiæ Landgravius, est vere Ludovicus*, (id est, humanus, comis, Leutwieg,) Sic dicimus: *Homo horis matutinis vere est homo. Consul hic vere est Consul.*

(*Paræmion* huc etiam quidam referunt, cum scilicet *multæ dictiones continuæ ab eadem litera incipiunt, ut: Non Potui Plane Plura Paucis Proloqui*, *Plaut. Caesar Cave Credas, Cave ignoscas. Cic. pro Ligar.* Sic *Petrus Paganus Poes. Academ. Marpurg. Professor* *Ischedula valvis Collegii affixa absentiam a lectione hoc paræmio excusavit. Petrus Paganus Poes. Professor Publicus Propter Pocula Prælegere Prohibetur.* Huc pertinent versus *Carolo Calvo Imper. dedicati, Carmina Clarifona Calvis Cantate Camænis, &c.* item totum *Poema Porcii*, in quo omnes dictiones a lit. P. incipiunt. At cum nulla sit in vocibus agnominatio, *Paronomasia* etiam annumerari non potest. Referunt etiam huc nonnulli Παράχρησις, quæ est, cum una pluresve

F. i. e. fidei Israël confites. syl.

yllabz ejus dictione
pro intervallo pot
Plaut. in Asin. A
Hic pone, hic
Toll. O fortuna
(Ut pulcherrime
prem distinctus equ
bimus.)
1. Cum imm
syllabz vocis.
Ut Cic. lib. 4. a
Hinc avium du
Plaut. in Amph
propter & malum e
si male esse occupe
2. Cum im
demque vocis:
Vide superius.
3. Cum im
in illo Cic. 1.
Judices illos
1. Catil. Quid
existis cogitans.)
Idem pro Ro
cognoscendi e
iti
4. Cum lit
in Heaut.
Tibi erunt par
Apud Cic. 1.
exscriptorem san
Apud Aulor
berii. Huc re
ra est, qua id
ma facie farue
gnoscitur, ut
apud Soph. in

syllabæ ejus dictionis quæ antecessit, vel continue vel exiguuo intervallo post repetuntur in alia voce, Exempli grat. *Plaut. in Asin. Act. 3. Scen. 3.*

Hic pone, hic istam crumenam colloca in collo plane.

Tull. O fortunatam matam me consule Romam.

(Ut pulcherrimæ huic figuræ major lux affulgescat, septem distinctos ejus modos & formulas distincte considerabimus.)

1. Cum immutatur quantitas, sive literæ sive syllabæ vocis.

Ut *Cic. lib. 4. ad Herenn.*

Hunc avium dulcedo ducit in avium.

Plaut. in Amphitr. Act. 2. Sc. 2. Enixa vero prægnanti oportet & malum & malum dari, ut quod obrodas sit, animo se male esse occæperis.

2. Cum immutatur significatio unius ejusdemque vocis: quæ forma vocatur Antanaclassis. *Vide superius.*

3. Cum immutatur litera una vel plures, ut in illo *Cic. 1. ad Attic. ep. 2.*

Judices illos magis fames, quam fama commovit. Idem 1. Catil. Quid de hujus urbis atque adeo orbis terrarum exitio cogitans.

Idem pro Rosc. Non modo ignoscendi ratio, sed etiam cognoscendi consuetudo de foro sublata est.

4. Cum literæ adjiciuntur, ut apud **TERENT.** in *Heaut.*

Tibi erunt parata verba, huic homini verbera.

Apud Cic. 1. de Finib. Forerum scriptorem opinor, verum exscriptorem tamen ut legendus sit.

Apud Auson. Idyll. 4. Posses ornatus, posses oneratus haberi. Huc refertur etiam a nonnullis ὀξύμωρον, quæ figura est, qua idem negatur de semetipso, unde fit, ut prima facie fatue dictum videatur, quod postea acute dictum cognoscitur, ut in Epitaphio Plauti dicuntur numeri innumerum apud Soph. in *Electr. καίνας δὲ ὑπ' ἡδονῆς κεντρὰ ἀμήταρ.*

Fuerit prae voluptate mater non-mater, apud eundem in Ajace εχθρῶν δῶρα ἄδωρα *Hostium dona non-dona. Sic apud Græcos occurrunt, γάμου ἀγαμου, παρθένης ἀπαρθένης, πόλεμου, ἀπόλεμος, κόσμος, ἄκοσμος, χάρις ἀχαρις. Etsi vero admittantur exempla hæc ὀξύμωρα referri ad paronomasiam posse, alia tamen sunt, quæ referri eo minime possunt, qualia sunt v. g. apud Catull*

Nec quicquam tacitum cubile clamat. Apud eund.

Quæ dulcem curis miscet amaritiam.

Quo sensu amor apud Platonem dicitur γλυκύπικρον. Rectius igitur fortasse fieret, si ὀξύμωρον peculiaris figura constitueretur.

X 5. Cum literæ detrahuntur, ut: *apud TERENCE in Eunucho Act. 2. Scen. 2. Video sentum, squalidum, ægrym, pannis, annisque obfitum, & apud ÆSCHIN. contra Demosthen. & γὰρ τὸν τρόπον, ἀλλὰ τὸν τόπον μετήλλαξε, Non mores, sed locum mutavit.*

X 6. Cum literæ transponuntur, ut: *CIC. I. ad Attic. Consul ipse magis parvo animo & pravo, facie magis quam facetiis ridiculus. Huc pertinent quidam Anagrammatismi.*

Ἀρετὴ, ἐρατὴ, λόγος, ὄχλος, ἄτλας, τάλαι.

Y 7. Cum vox dividitur, ut in illo vulgato Anonymi:

Quid facies, facies Veneris cum veneris ante.

Ne sed eas sed eas, ne pereas per eas.

Exempla promiscua alia.

Rom. II. v. 6. Si ex operibus, tum gratia non amplius est gratia, id est, gratuitas; opus non est opus, id est, meritotium.

Phil.

Phil. 3. v. 2. *Pseudo-Apostoli docentes circumcisionem faciunt concisionem, id est, Ecclesiam falso dogmate conscindunt, & multos a Christo & Ecclesia praevidunt.*

Prov. 18. v. 8. *Verba delatoris sunt verbera.*

Amos 5. v. 5. *Bethel fiet Bethaven, id est, domus Deo vertatur in domum sceleris.*

2. Theff. 3. v. 11. *Μηδὲν ἐργαζομένους ἀλλὰ περιεργαζομένους, non laborantes, sed curiosa & inutilia agentes.*

Rom. 2. v. 15. *Cogitationibus in se accusantibus, aut etiam excusantibus.*

Herod. 1. 1. *Παθήματα μαθήματα. Quae nocent, docent.*

Antisth. *Εἰς κόρακας ἢ εἰς κόλακας ἐμπέσειν κρείττον εἶναι, hoc est, Satius est in corvos quam assentatores incidere. Diogen. lib. 6.*

Aug. *Epist. 6. ex hac vita quosdam nostros migrantes non amissimus sed praemisimus.*

Major est Dei misericordia, quam omnium hominum miseria. Tribuitur vulgo eidem August.

Epitaphium Probi Imperatoris: Hic PROBUS IMPERATOR VERE PROBUS SITUS EST.

Aug. *Tract. 7. in Job. Dominus noster Jesus Christus volens superbiorum frangere cervices, non quaesivit per oratorem piscatorem, sed de piscatore lucratus est imperatorem Magnus Cyprianus orator, sed prius Petrus Piscator, per quem postea crederet non solum orator, sed & Imperator. Ubi est & Epistrophe, Epanodos & Polyptoton.*

Seneca *in Troad. Act. 2. O rumide rerum cum secundarum status extollit animos: timide cum increpuit metus.*

Cic. *Catil. 1. Ut non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse videatur.*

De Arusp. resp. *Dies illi festi pene funesti.*

Ibid. *Non modo vincere sed & vincire oportet.*

In Verr. 3. *Ut ad audiendum projectus, sic paratus ad audiendum.*

Verr. 1. *Verres e vestigio ex homine tanquam Circao quosdam poculo factus est verres, id est, porcus.*

Verr. I. *Eum non facile non modo extra tectum, sed ne extra lectum quisquam videret.*

Plaut. in *Epid. Act. 1. Scen. 2. Is amicus est, qui in re dubia re iuvat, ubi re opus est.*

Lucan. I. v. 10. *O sacer & magnus vatium labor omnia fato Eripis.*

Mart. 4. *Epig. 20. Aut appone dapes Vars, vel aufere opes.*

Idem *lib. 1. ep. 99. Litigat & podagra Diodorus, Flacce, laborat.*

Sed nil patrono porrigit: hæc chiragra est.

Auson. *epig. 32. Orta salo, suscepta solo, patre edita cælo.*

Idem: *Æquanimus fiam, te iudice, sive legenda.*

Sive regenda putes carmina, quæ dedimus.

Ovid. *de pont. Vera facis sed sera meæ convicia culpa.*

Sabin *in Epigr. Laudat oratorem princeps ipsumque docere.*

Astra, sed astrologum sumere ræura jubet.

Sic dicitur per hanc figuram Tiberius Nero; Biberius Mero: quia ebrietati nimie indulgebat. Non Furius sed furiosus. Præceptor deceptor, Arator Orator, Prætor prædo. Corruptor Corruptor. Roma rima. Ostium hostium. Artium partium. Ara hara. *Sunt Musæ multæ nostraque fama fames.*

CAPUT XXIV.

POLYPTOTON

est, cum voces ejusdem originis variis casibus inter se consonant. Latine dicitur casuum varietas, ut: *Omnes infirmi sumus, sed ille infirmior, qui suam considerare non valet infirmitatem.* GREG. I. 5. *Epist. 4.*

Littora littoribus contraria, fluctibus undas

Imprecor. arma armis, Æneid. 4.

(Poly-

(Polyptoton dicitur & hinc maxime alia figura hæc videtur. Maxime rationem habet.)

Per casus nominum, &

primo themata personam, ter adjectiva, ver-

ba suos, ut: Iamanius, Spe-

VID. lib. 3. edas, sed edas

QUINTIL. lib. 1. sed, ut vivam, (Speñentem & suum nomine ver-

Luc. 9. v. 6. lem viventes) Gal. 2. v. 19.

legis me accusam Rom. 1. v. 21. alium, masculi

Rom. 2. v. 2. Qui dicit non a Rom. 4. v. 1.

August. tra- nes in nomine. Magistri. Hieron. Ep- sera, pudas &

(Polyptoton dicitur a πολλή & πίπτω: unde πλῆσι casus & hinc πολυπίπτων, casuum ejusdem verbi varietas. Ab aliis figura hæc vocatur TRADUCTIO μεταγωγή & παραγωγή. Maximam autem cum conjugatis Logicis cognitionem habet.)

Per casus non intelliguntur casus tantum nominum, sed quæcunque flexio nominis a primo themate in alium casum, numerum, personam, tempus, modum, &c. Sic nomina adjectiva, verba & adverbia etiam habent casus suos, ut: *Humanus, humane, humaniter, humanius, Spectantem specta, videnti mollia ride*, OVID. lib. 3. de remed. amor. *Non vivas ut edas, sed edas ut vivere possis*, sive ut habet QUINTIL. lib. 9. c. 3. *Non, ut edam, vivo, sed, ut vivam, edo.*

(*Spectantem specta, videnti ride. Vivas vivere*, casuum nomine veniunt, quia idem verbum varie flexum, iteratur.)

Exempla alia.

Luc. 9. v. 60. *Sine, ut mortui (homines vitam mortalem viventes) sepeliant mortuos suos (vita defunctos).*

Gal. 2. v. 19. *Ego per legem legi mortuus sum, (per vocem legis me accusantis, liberatus sum a maledictione legis.)*

Rom. 1. v. 27. *Exarserunt per appetentiam suam alius in alium, masculi in masculos.*

Rom. 2. v. 21. *Qui predicas non furandum, furaris. Qui dicis non adulterandum, adulterium committis.*

Rom. 4. v. 18. *Abraham contra spem sub spe credidit.*

August. tract. 73. in Johann. *Sic intelligamus non petere nos in nomine Magistri, quod petimus præter regulam ipsius Magistri.*

Hieron. Epist. ad Demetriad. *Virg. Quicquid pudet dicere, pudeat etiam cogitare.*

Tertull.

Tertull. ad Scap. c. 2. Non est religionis cogere religionem, quæ sponte suscipi debet, non vi.

Hilarius: De Deo loquentes Dei verbis utamur.

Lactant. lib. 4. cap. 1. Postquam sublata sapientia est: tum demum sibi homines sapientum nomen vindicare coeperunt. Tum autem nemo sapiens vocabatur, cum omnes erant.

August. Epist. 48. Infirmorum infirmitas donec firmi efficiantur sustinenda est, non desperanda.

Bernh. in Apol. ad Guiliel. Abbat. Mollia indumenta animi mollitiem indicant.

Aug. lib. 3. de Bapt. cap. 6. Veritate manifesta cedat consuetudo veritati

Cic. 4. ad Herenn. Qui nihil habet in vita jucundius vita, is cum virtute vitam non colere potest.

Cic. de Amicit. Equum est, ut qui prius introivit in vitam, primus exeat de vita.

Pro Cæl. Ipsius autem veneni quæ ratio fingitur? ubi quaesitum est? quo pacto? quo loco?

Phil. 3. Non tractabo illum ut Consulem, ne ille quidem me ut consularem.

De Respons. Homines te propter pecuniam iudicio liberaverunt: hominibus injuria tui stupri dolori non fuit: homines tibi arma in me dederunt: hominum beneficia prorsus concedo tibi.

Phil. 3. Huic cedamus? hujus condiciones audiamus? cum hoc posse fieri pacem credamus?

Pro Arch. Pleni omnes sunt libri, plena sapientum voces, plena exemplorum vetustas.

Ad Attic. 3. Inimici mei mea mihi, non meipsum ademerunt.

Ibid. Desidero non mea solum, neque meos, sed meipsum.

Verf. Vulg. Mors mortis morti mortem mors morte redemptis.

Christus mortis victor, sua morte hominem morti obnoxium ab æterna morte liberavit.

Mala mali malo mala contulit omnia mundo. Maxilla Adæ esu mali (pomi) peccatum, mortem & omnia mala in mundum intulit.

Ovid.

Ovid. 3. Amore
esse patet.

Idem lib. 1.

adamantra moveb

Perf. Sat. 1.

Mars

Id. Satyr. 1.

alter.

Ovid. 15. Met.

vifera cordis.

Congestaque aru

Alteriusque an

Virg. 8. Æn.

las tra.

Plaut. in Amphi

tum a vobis volu

Nam iusti ad p

Nam iusta ad

Iusta autem ab

Quippe illi imo

Hactenus figu

X I. FIC

est, quæ tot

afficit.

(Figura sentent

occupatur, nec

orationis auge

sententiam tota

morum Oration

tenzæ illustri

Ab quid dicit

nec ne, incerta

ratur & afficit

rum ditionis

sententias illum

Ovid. 3. *Amor. eleg. 10.* *Es quæ non puduit ferre, tulisse pudet.*

Idem *lib. 1. de Art.* *Es lachrymæ profant, lachrymis adamanta movebis.*

Perf. *Sat. 5.* — *Marco sub iudice palles?*

Marcus dixit, id est, assigna Marce tabellas.

Id. *Satyr. 1.* *Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc scias alter.*

Ovid. 15. *Metamorph.* *Heu quantum scelus est, in viscere viscera condit.*

*Congestoque avidum pinguescere corpore corpus,
Alteriusque animantem animantis vivere lethe.*

Virg. 8. *Æn.* *Componens manibusque manus, atque oribus ora.*

Plaut. *in Amphitr.* *Prologo justam rem & facilem esse oratum a vobis volo.*

Nam juste ab justis justus sum orator datus.

Nam iniusta ab justis imperatori non decet.

Iusta autem ab iniustis petere insipientia est,

Quippe illi inique jus ignorant, neque tenent.

Haëtenus figuræ Dictionis: sequuntur figuræ Sententiæ.

CAPUT XXV.

X I. FIGURA SENTENTIÆ

est, quæ totam sententiam aliquo animi motu afficit.

(Figura sententiæ dicitur, quia in dictionibus figurandis occupatur, nec vulgarem situm verborum mutat, corpusve orationis auget, sed varios affectus animi exprimit, & sic sententiam totam animi motu afficit, eoque ipso vitam ac motum Orationi addit. Sic ille apud Terentium figura sententiæ illustri utitur: *Filium unicum adolescentulum habeo; Ah quid dixi habere me? imo habui Chreme, nunc habeam, nec ne, incertum est.* Hæc tota Oratio sive sententia figuratur & afficitur motu dolentis. Proinde hæc est figurarum dictionis & sententiæ differentia. 1. Figura sententiæ sententias illuminat: Figura dictionis dictiones apte inter se reso.

resonantes ordinat. 2. *Illā* non potest aut debet sine animi affectu & perturbatione esse: *Hac* vero potest. 3. *Illā* vulgarem situm verborum nec mutat, nec auget: *Hac* vero mutat & auget. 4. *Illā* ad movendum & pervincendum plurimum valet: *Hac* vero ad dicendum & delectandum multum valet. 5. Illius virilis quaedam dignitas est: *Hujus* mollis & delicata venustas est. 6. *In illa* sunt nervi & thori: *in hac* sunt color & sanguis orationis, ut inquit *Talæus* l. 1. *Rhet.* c. 28.)

2. Figuræ sententiæ sunt decem.

1. Exclamatio. 2. Epanorthosis. 3. Apostrophe. 4. Apostrophe. 5. Prosopopœia. 6. Addubitatio. 7. Communicatio. 8. Occupatio. 9. Permissio. 10. Concessio.

(*Talæus*, & qui eum sequuntur, *δισκοβους* hoc ordine procedunt: 1. Figura sententiæ vel est in *Logismo* vel *Dialogismo*. 2. *Logismus* est, quando sine collocatione sententiæ figuratur. 3. Estque vel *Exclamatio* vel sui ipsius *Revocatio*, *Apostrophe* & *Prosopopœia*. 4. *Exclamatio* est, &c. 5. *Revocatio* sui ipsius est, quando revocatur quippiam. 6. Estque vel *Epanorthosis* vel *Apostrophe*. 7. *Apostrophe* est, &c. 8. *Prosopopœia* est, &c. 9. *Dialogismus* est in interrogatione & responsione. 10. *Interrogatio* deliberatione & occupatione figuratur. 11. *Deliberatio* est, cum varias tanquam consultationis rationes subinde interrogamus. 12. Eaque vel in *Addubitatione* vel *Communicatione*. 13. *Addubitatio* est, &c. 14. *Communicatio* est, &c. 15. *Dialogismus occupationis* est, cum alieni consilii interrogationem occupamus, ejusque responsionem subijcimus. 16. *Occupatio* &c. 17. *Responsio* permissione & concessione figuratur. 18. *Permissio* est, &c. *A quid & his ingeminatis distinctionibus & subdistinctionibus discentium ingenia macerare convenit? An non de simplici & plano figuris ordine enumerare convenientius pro discentium captu erit? Philipp.* l. 2. *Rhetor.* & alii Figuras sententiæ novem constituunt. Quarum 1. *Interrogatio*. 2. *Subjectio*. 3. *Exclamatio*. 4. *Dubitatio*. 5. *Inopinatum* sive *paradoxon*. 6. *Communicatio*. 7. *Præteritio*. 8. *Apostrophe* sive *Aversio*. 9. *Licentia*. Alii plures supr.

LIBE
 as addunt. E
 quod supr. cap.
 vero, inopinatum
 sunt aliz reliquis
 & Orat. 48. &
 ram enumerat, &
 & 49. adjuntur te
 Verum ex his de
 cendum necessariz
 merito repudiantur

1. E X
 est figura sententiæ
 expressum vel i

(Græce dicitur
 nunciando requiritur
 non doloris & s
 genere (figura sententiæ
 verbis seu inter
 tum seu adverbis
 is, poteris pro
 Particula, impi
 tone locus sit, u
 Typus, & labor
 Sic nos Christiani
 huius Debiti &c)

2. Nota exc
 ob, beu, ebeu
 & particula
 mirantis. 2.
 4. aliz obtus
 indignantis.

alias addunt. E quibus Præteritio Ironiæ subicitur, quod supr. cap. 8. de Ironia annotavimus. Licentiæ vero, inopinatum, interrogatio, Subjectio, & si quæ sunt aliæ reliquis sententiæ figuris subjici possunt Cic. 3. *de Orat.* 48. & *de Orat. ad Brut.* 45. figuras sententiarum enumerat, & præter eas *Fab. c. 2. l. 9.* tres novas & 40. adjunxit teste *Claud. Minoe, in com. ad c. 28.* Verum ex his decem tantum enumeratæ ad bene dicendum necessariæ judicantur, reliquæ tanquam alienæ merito repudiantur.)

CAPUT XXVI.

I. EXCLAMATIO

est figura sententiæ per adverbium exclamandi expressum vel intellectum conformata.

(Græce dicitur *Ἐκφώνησις*, quod elationem vocis pronuntiandæ requirat. Item *Ἐχρηλιασμός*, quod sensum aliquem doloris & indignationis præ se ferat. Definitio a genere (figura sententiæ) & forma, quæ ab adjunctis adverbii seu interjectionibus desumpta. Interjectiones enim seu adverbia dicas, nihil interest. Si tamen malis, poteris pro voce adverbium substituere vocabulum *Particulare*, inprimis, cum & nominibus in exclamatione locus sit, ut apud Catullum est *Jupiter. Doctis Jupiter, & laboriosis.* Item apud eundem *Dii magni!* Sic nos Christiani Germani dicere solemus: *Jesus behüt! Behüte Gott der Allmächtige, &c.*)

2. Notæ exclamationis sunt, *O, utinam, prob, ah, heu, eheu, at, atat, væ, en, ecce, euge,* & particulæ similes: quarum aliæ sunt 1. *admirantis.* 2. *aliæ optantis.* 3. *aliæ laudantis.* 4. *aliæ obtestantis.* 5. *aliæ ominantis.* 6. *aliæ indignantis.* 7. *aliæ objurgantis.* 8. *aliæ irridentis.*

dentis. 9. *aliæ dolentis.* 10. *aliæ commiserantis.* 11. *aliæ imprecantis.* 12. *aliæ desperantis.* 13. *aliæ denique affectuum aliorum alia.*

(Ubi *observa*, non semper notas has vel illas in exclamatione explicite poni, sed tamen affectu sententiæ nihilominus exprimi; ideo in definitione dicitur *expressum vel intellectum*, ut *Rom. 7. v. 24. Miser ego homo, quis me liberabit ex isto corpore mortis? pro O vel Ab.* Sic Germani nostri saepe dicunt: *Ach ich armer Mann!*)

1. *Admirantis, ut:* O mulier, magna est fides tua! *Matth. 15. v. 28.*

2. *Optantis, ut:* Utinam rumperes cælos & descenderes! *Esa. 64. v. 1.*

3. *Laudantis, ut:* Euge serve bone & fidelis, super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, *Matth. 25. v. 21.*

4. *Obtestantis, ut:* Proh Deum atque hominum fidem! quid est, si non hæc contumelia est? *TERENT. in Andr. Act. 1. Scen. 5.*

5. *Ominantis, ut:* Quapropter inexcusabilis eris, o homo, quisquis alium iudicas: in quo enim alterum iudicas, teipsum condemnas: eadem enim agis, qui iudicas, *Rom. 2. v. 1.*

6. *Indignantis, ut:* O scelus! o pestis! o labe! *CICER. in Pison.*

7. *Objurgantis, ut:* O stulti & tardi ad credendum: *Luc. 24. v. 25.*

8. *Irrid-*

8. Irrident
cut unus ex
Gen. 3. v. 21

9. Dolentis
2. Reg. 14. v. 1
terra. Apoc. 8

10. Commiserantis
heu quam
Offic.

11. Imprecantis
universa labo
quam! Psal.

12. Desperantis
cic. pro De
labores! o sp
mea! cic. p

3. Exclamantis
tia siue p

4. EPIP
narrate & ex

Tantæ m
(Ubi enim /
bu Romanos, i

hæcatos, perlec
erat, &c. Sic
nicis hoc mo

Atbenenses
efficiunt, qu
& Euripides
bitus est bon

8. *Irridentis, ut*: Ecce Adam factus est, sicut unus ex nobis, sciendo bonum & malum! *Gen. 3. v. 22.*

9. *Dolentis, ut*: Heu mulier vidua ego sum! *2. Reg. 14. v. 5. Væ, væ, væ, habitantibus in terra. Apoc. 8. v. 13.*

10. *Commiserantis, ut*: O domus antiqua, heu quam dispari Domino dominaris! *cic. 1. Offic.*

11. *Imprecantis, ut*: Disperdat Dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam! *Psal. 12. v. 4. Dii te perdant, fugitive. cic. pro Deiot.*

12. *Desperantis, ut*: O frustra mei suscepti labores! o spes fallaces! o cogitationes inanes meæ! *cic. pro Milon.*

3. Exclamationi subjicitur *Epiphonema & Licentia* sive *παρρησία*.

4. **EPIPHONEMA** est exclamatio ad rei narratæ & explicatæ finem adhibita, ut *Æneid. 1.*

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

(Ubi enim *Virgilius* per multas causas memorasset, quibus Romanos, per varios casus, per multa pericula rerum jactatos, persequebatur, tandem exclamat: *Tantæ molis erat, &c.* Sic de captivis Atheniensibus *Philipp.* in *Chronicis* hoc modo subiecto Epiphonemate refert: *Captivi Athenienses in Sicilia multi dimissi sunt propter hoc solum officium, quod Sicilis communicarunt Tragedias Sophoclis & Euripidis: Tantus honos ab ingeniosis hominibus habitus est bonis scriptis!*)

1. Differt Epiphonema ab Exclamatione: hæc enim tam in principio quam in medio & fine rei narratæ adhiberi potest: Epiphonema autem non nisi sub finem.

2. In Epiphonemate plerumque utimur particulis comparativis & demonstrativis: usque adeo, tantus, sic, ita, hic, & similibus, ut: *Multi sunt vocati, pauci electi*, Matth. 20. v. 16. *Usque adeo a teneris assuescere multum*. VIRG. Georg. 2.

3. Παρρησία est exclamatio quæpiam liberior, audacior & licentiosior, ut: *Dicam jam confidentius, quoniam audeo quædam fretus vestra sapientia libere confiteri*. CIC. pro Cæl. Sic Baptista dicebat ad Herodem: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui*, Marc. 6. v. 18.

(Παρρησία dicitur a πᾶν omne & πῶν dico, loquor. Cic. 3. de Orat. appellat vocem quandam liberam atque effrenatiorem augendi causa. Communiter a Latinis dicitur Licentia, cum nullo habito temporis, loci vel personæ respectu apud eos, quos vereri debeamus, liberiores personam induimus, aut in commonefaciendo, aut objurgando, aut adulando. Seu, est Libertas loquendi, cum liberius aliquando loqui audeamus, quam verecundia patitur. Sic Cic. pro Sylla. *Maxima voce, ut omnes exaudire possint, dico semperque dicam. Adeste omnes animis, qui adestis corporibus, erigite mentes auresque vestras, & me de invidiosis rebus (ut ille putat) dicentem attendite*. Idem pro Ligar. *Tametsi vereor, ut in bonam partem accipias, dicam tamen quod res: nimis acer es, ne quid dicam durius: omnia jure summo persequi vis.*)

Ubi

Licentia,
& prudenter
terdum extra

(Hujus rei
missio, ut
si libera corba
dicam, vel, pa
firo dictum a
accipias partem
de animo & si
cum vel Prophe
liberius loquen
olim demortui
Juda proditiō
fit enorme nim
pheta & Apoll
non est bonum
cus si quis plu
licentiose praef
habendus erit.)

Numer. 21
manibus.

Deut. 30.

prophuerim tū

Pl. 8. v. 1.

nomen tuum i

Pl. 10. v.

in temporib

Pl. 69. v.

sum eorum

Verf. 2

tae compr

/Ubi CANON:

Licentia, quæ molesta est, modice usurpetur & prudenter, alioquin fiet *intempestiva* & *interdum exitiabilis*.

(Hujus rei gratia adhibeatur 1. *Excusatio aliqua vel mitigatio*, ut: *ignoscite liberius dicenti, vel aequis animis, si libera verba fecero, accipiatis oro, vel quod pace tua dicam, vel, pace tua dixisse velim, &c. item: Si quid forte dictum a me videbitur asperius, id ut in optimam accipias partem, vehementer oro. Nec vero dico ista, quasi de animo & fide tua dubitem, &c.* 2. *Mutatio personæ*, cum vel Prophetam, vel Apostolum, vel Christum ipsum liberius loquentem introducimus, vel in absentis aut olim demortui vitia invehimur, ut puta Caini invidiam, Judæ proditionem, &c. 3. *Communicatio vitii*, (si non sit enorme nimis) cum nostra persona. Quomodo Prophetæ & Apostoli seipsum implicant: *Omnes peccavimus: non est bonum in nobis a capite usque ad calcem, &c.* Secus si quis plura quam professio aut vitæ status exegerit, licentiose præsumserit, is perulans, dicax & temerarius habendus erit.)

Exempla alia:

Numer. 21. v. 29. *Utinam mihi jam gladius esset in manibus.*

Deut. 30. v. 19. *Contestor hodie cælum & terram, quod proposuerim tibi viam vitæ & mortis.*

Pf. 8. v. 1. *Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra?*

Pf. 10. v. 1. *Quare Domine stas a longe, abscondens te in temporibus tribulationis.*

Pf. 69. v. 24. *Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurva.*

Verf. 25. *Effunde super illos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.*

Matth. 11. v. 21. *Vae tibi Chorazin, vae tibi Bethsaida.*

Matth. 17. v. 17. *O generatio incredula.*

Matth. 23. v. 13. *Vae vobis, Pharisei & Scribae.*

Matth. 27. v. 46. *Deus, Deus meus, quare dereliquisti me.*

Luc. 21. v. 23. *Vae pregnantibus, &c.*

Rom. 11. v. 33. *O profunditas divitiarum & sapientia! quam imperscrutabilia sunt iudicia eius! quam improvestigabiles viae eius!*

Gal. 3. v. 1. *O insensati Galatae.*

Phil. 2. v. 1. *Si quae consolatio in Christo Jesu, si quod solatium charitatis, si quae communio Spiritus, &c. explete gaudium meum.*

2. Timoth. 4. v. 1. *Obtestor ergo coram Deo & Domino nostro Jesu Christo.*

August. c. 31. Manual. *O misera fors hominis, cum hoc perdidit ad quod factus est! O dirus ac durus casus ille est! Heus quid perdidit & quid invenit? Quid abscessit & quid remansit? perdidit beatitudinem, ad quam factus est, & invenit miseriam, ad quam factus non est. Abscessit, sine quo nihil felix est, & remansit, quod per se non nisi miserum est. Hic etiam Epanodos est.*

Bernh. serm. 29. de temp. *O duri & indurati & obdurati filii Adam, quos non emollit tanta benignitas, tanta flamma, tam ingens ardor amoris, tam vehemens amator, qui pro vilissimis sarcinulis pretiosissimas merces exponit?*

Cic. pro Deiot. *Per istam dextram tuam te ore, quam hospes hospiti porrexisti.*

Pro Amer. *O Dii immortales, rem miseram atque calamitosam.*

Verrin. 7. *O spectaculum miserum atque acerbum! o magnum atque intolerandum dolorem!*

Catil. 1. *O Dii immortales, ubinam gentium sumus!*

In Pison. *O stultos Camillos, Curios, Fabricios, Catilinos, Scipiones, Marcellos, Maximos! o amentem Paulum! rusticum Marium!*

Pro

Pro Milon. O

perit: hanc ingra

1. Catil. O tem

Virg. Eclog.

Perduxit mi

Ecl. 2. Eheu qu

Perdatus. & sup

Quem fugi ab

Eneid. 2. Hic

Non tamen ab

At ubi p o sceler

Dii (si qua est ca

Perferant grates

En. 2. Quae c

Explicet mi p

Ibid. Qu d te p

Per si qua est

Intemerata fides

Tantum, mis

Eneid. 10. Ne

Et servare mod

Terent. in Her

Com tuo istoc

1. E P

est, cum ante

catur, & cor

titur Latina

(Epanorth

castigo. Cic

nem. Tollit

Pro Milon. O terram illam beatam, quæ hunc virum **e**
ceperit: hanc ingratam, si ejecerit: miseram si amiserit!

I. Catil. O tempora, o mores!

Virg. Eclog. 1. — En quo discordia cives

Perduxit miseros! en queis consecimus agros!

Ecl. 2. Eheu quid volui misero mihi! floribus austrum

Perditus, & liquidis immisi fontibus apros.

Quem fugis ab demens!

Æneid. 2. Hic Priamus (quanquam in media jam morte
tenetur,)

Non tamen abstinuit, nec voci iraque pepercit.

At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis

Dii (si qua est cælo pietas, quæ talia curet)

Perfolvant grates dignas.

Æn. 2. Quis cladem illius noctis, quis funera fando

Explicit? aut possit lachrymis æquare labores?

Ibid. Quæd te, per superos, & conscia numina veri

Per si quis est, quæ restat adhuc mortalibus usquam

Intermerata fides, oro: miserere laborum

Tantum, miserere animi non digna ferentis.

Æneid. 10. Nescia mens hominum fati sortisque futurae,

Et servare modum rebus sublata secundis.

Terent. in Heaut. Ut te omnes quidem Dii Deæque quan-
tum es Syre,

Cum tuo isthoc invento cumque incepto perdant!

CAPUT XXVII.

I. EPANORTHOSIS

est, cum antecedens aliquod corrigendo revo-
catur, & commodius aliquod substituitur. Di-
citur Latine Correctio.

(Epanorthosis dicitur ab ἐπανορθῶς corrigo, emendo,
castigo. Cicero correctionem nominat, Fabius Emendatio-
nem. Tollit enim id, quod dictum est, & pro eo id,

quod magis idoneum videtur, reponit. Auctor. ad Herenn. l. 4. & sic quasi occulta palinodia est.)

2. Ejusmodi duo sunt, vel enim 1. dictum aut sententia revocatur, ut:

— *Filium unicum adolescentulum*

Habeo, ah! quid dixi habere me? imo habui Chreme.

Nunc habeam nec ne, incertum est. Terent. in Heaut. Act. 1. Scen. 1.

Luc. 11. v. 27. *Beatus venter, qui te portavit, imo beati, qui verbum Dei audiunt & custodiunt.*

(Hic in Exemplo prateritum aliquid & dictum revocatur, dum Menedemus senex vocabulum *habeo* corrigit per vocabulum *habui*. In 2. Sententiam five elogium mulieris, quod Christo attribuit, Christus revocat, & commodius, in quo vera beatitudo consistat, substituit.)

Vel 2. integra Oratio revocatur, ut: *Sed finis sit: neque enim præ lacrymis loqui possum: & hic se lacrymis defendi vetat.* Pro Milon.

(His verbis Cicero Orationem pro Milone finit, cumque in eadem pluribus Milonem defendisset, eleganti hæc Epanorthosi orationem totam his verbis revocat.)

1. Epanorthosis & Apophiopefis in eo conveniunt, quod utraque revocet aliquid: In eo vero differunt, quod illa substituit verbum aliquod commodius: hæc vero prorsus abruptit.

2. Fit Epanorthosis vel augendo, vel minuendo, vel commutando.

3. Ejus notæ plerumque sunt: *imo imo, potius, seu potius, quin potius atque adeo, non sed,*

non solum, sed
quid dico, habere
pne dixissem,

Rom. 8. v. 22. &
& partem ad hoc
qui primitias Spiritus

1. Cor. 7. v. 10.

paupis; non ego,

1. Cor. 15. v. 10.

et tamen, sed gratia
Cypr. serm. 5. d.

voluit, & quia tradidit
se corruptis, iustitiam,

conferre caligine
Ex Cypr. serm.

paucorum fratres
na de seculo liberati

min.

Finis lib. 33.

quia fixare, quod
tunc quadam.

Senec. Non bis
Cic. Epist. 1.

multo magis illud
in vero legam, si
se amplexabantur

si me presense esse
facerent, quem ego
arbitrarentur.

Pro Ligat. Scilicet
Hic ubi Cicero
ejusdem criminum
tiam Epanorth

ert
nc

non solum, sed pene dixissem, dixerim, &c. ut: quid dico, habere me, imo habui. Vertit Homerum, pene dixissem, pervertit.

Exempla alia.

Rom. 8. v. 22. *Scimus, quod omnis creatura congemiscit & parturit adhuc usque. Non solum autem illa, sed nos, qui primitias Spiritus habemus.*

I. Cor. 7. v. 10. *His autem, qui matrimonio juncti sunt, precipio; non ego, sed Dominus.*

I. Cor. 15. v. 10. *Copiosius, quam illi omnes, laboravi: non ego tamen, sed gratia Dei, quæ mihi adest.*

Cypr. serm. 5. de lapsis: *Deus probari familiam suam voluit, & quia traditam nobis divinitus disciplinam pax longa corruerat, jacentem fidem, & pene dixerim, dormientem, censura cælestis erexit.*

Ex Cypr. serm. 4. de mort. cujus hæc verba sunt: *Us prædicarem fratres nostros non esse lugendos accensione Dominica de seculo liberatos, cum sciam non eos amitti, sed præmitti.*

Plinius lib. 33. *A numero prima est origo avaritia, excogitata fœnore, quæstiosa segnitia. Hæc paulatim exarsit rabie quadam. Non jam avaritia, sed fames auri.*

Senec. *Non bis pueri, sed semper.*

Cic. Epist. 1. epist. 9. *Erat hoc mihi dolendum: sed multo magis illud, quod inimicum meum: meum autem? imo vero legum, judiciorum, otii, patriæ, honorum omnium sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fovebant, sic me præsentem osculabantur, non quidem ut mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdididi: sed certe, ut facere se arbitrarentur.*

Pro Ligar. *Sed nimis urgeo, commoveri videtur adulescens. Hic ubi Cicero dixisset in Tuberonem Ligarii accusatorem, ejusdem criminis objecerat conscium, orationis vehementiam Epanorthosi revocat.*

Pro Cœl. *Sed quid ego ita gravem personam induxi? Excitaverat in præcedenti Orationis cursu Appium cœcum quasi ab inferis, qui Clodium gravissima Oratione objurgaret; hoc ubi fecit, his verbis commoda Epanorthosi antea facta & dicta revocat.*

Ad Frat. *Sed nescio, quo pacto ad præcipiendi rationem delapsa est Oratio mea, cum id mihi propositum initio non fuisset.* Instituerat antea fratrem, ut diligenter in Rep. moderanda perseveraret, corrigit autem adhibita Epanorthosi, ex eo, quod de præcipiendo initio minime cogitasset.

Horat. ad fin. I. Od. I. I. Carin. hac Epanorthosi utitur:

Sed ne, relictis Musa procax jocos,

Cœæ retrectes munera nenia:

Mecum Dionæo sub antro

Quære modos leviore plectro.

CAPUT XXVIII.

XI. APOSIOPESIS

est, cum sententiæ inchoatæ cursus reticendo vel abrumpendo Orationem revocatur. Latine dicitur Reticentia, ut: Psal. 6. v. 4. *Anima mea turbata est valde, sed tu Domine usque quo?* scilicet differs auxilium, Æneid. I. *Quos ego: sed motos præstat componere fluctus.*

(Dicitur Α'ποσιώπησις ab ἀποσιωπάω, ἦσω, obticeo, inter sisto, rursus taceo. Cicero *Reticentiam*, Celsus *Obticeantiam*, alii vero Interruptionem nominant. Ostendit autem hæc figura potissimum affectus vel iræ, ut: Quos ego: sed motos, &c. vel sollicitudinis & quasi religionis, ut: apud Cic. pro Milon. *An ille hujus legis, quam Clodius a se inveniam gloriatus est, mentionem facere ausus est, & viro Milone, ne dicam Consule? de nostrum enim omnium: non audeo*

deo totum dicere: v
n audeo: ad finem

12. Aposiopeli
ula ad sententia
cessaria defunt, u
Plura otiosus, scil

(Eclipsis idem est
igitur constructio
dis, Ellipfin esse
sententia constructio
fectus spectatur, Rh
igitur in solidum t
gnatur, Ellipseos eti
en redditum, corpus
te, ut: Ne libertate
per singula Aposiop

Exer

Math. 9. v. 6. U
di in terra remitte
v hinc restituetur.

Luc. 19. v. 41. V
li cogitasset in dei
et perirentis, etia

Rom. 5. v. 16. A
est, omnes pereunt)

condemnanus) ex ut
ne) ad condemnatio

in delictis (deest

1. Corinth. 6. v
designata.

Rom. II. v.
vigil.

audeo totum dicere: vel transitus causâ ad aliud, ut: *Plura non audeo*: ad finem propero, &c.

2. Apopsiopesi subjicitur *Eclipsis*, cum vocabula ad sententiam Orationis complendam necessaria desunt, ut: *Ille nihil*, scilicet respondet. *Plura otiosus*, scilicet scribam.

(*Eclipsis* idem est quod *Ellipsis* sive *Defectus*, puta, vel legitimæ constructionis, vel elegantix Orationis: Ubi *notabis*, *Ellipsin* esse figuram Grammaticæ, quatenus convenientia constructionis consideratur; quatenus autem affectus spectatur, Rhetoricæ figura propria est. Non recte igitur in solidum figuris Grammaticis a quibusdam assignatur, *Ellipseos* etiam species est *Ἀναμάρτορον*, hoc est, *non redditum*, cujus in Scriptura passim occurrunt exempla, ut: *Ne libertatem in occasionem carnis, deest, detis*. Quæ singula Apopsiopesi recte subjiciuntur.)

Exempla promiscua alia.

Matth. 9. v. 6. *Ut autem sciatis, potestatem habere Filium Dei in terra remittendi peccata*, deest: *Etiam sanitas agro huic restituetur*.

Luc. 19. v. 41. *Videns civitatem flevit super illam, & ait: Si cognovisses in die tua hac ea, quæ ad pacem tuam scilicet pertinerent, etiam curares*.

Rom. 8. v. 16. *Et non sicut per unum, qui peccaverat (deest, omnes pereunt) ita donum. Nam judicium (peccatum condemnans) ex uno (deest propagatur carnali generatione) ad condemnationem. Donum autem seu gratia ex multis delictis (deest liberat seu salvat) ad justificationem*.

I. Corinth. 6. v. 13. *Escæ ventri, & venter escis: scilicet destinata*.

Rom. II. v. 11. *Per lapsum illorum salus scilicet contigit*.

Rom. II. v. 16. *Quod si primitiæ sanctæ, & conspersio* (deest, *sancta est*) & *si radix sancta & rami* (scilicet *sancti erunt.*)

Georg. 3. *Densior hic soboles, hic largi copia lactis, sc. est cera.*

Virg. Eclog. 3. *Cantando tu illum? aut unquam tibi fistula,*

Juncta fuit? scilicet metuisti.

Item: *Novimus & qui te, transversa tuentibus hircis, Et quo, sed faciles Nymphæ risere, sacello.*

Æneid. 6. *Æquis erit mecum, juvenes, qui primus in hostem? scilicet irruet.*

Terent. in Andr. Act. I. Scen. I. *Quem quidem ego, se sensero, sed quid opus est verbis?*

Item in Eunuch. Act. I. Sc. I. *Egone illam? quæ illam? quæ me? quæ non? Sine modo, mori me malim. Sentiet qui vir sim.*

Plaut. in Amphit. Act. I. Sc. 3. *Cui ego jam hoc Scipione? scilicet silentium imponam.*

CAPUT XXVIII.

I. A P O S T R O P H E
est, cum Oratio ad aliam, quam instituta Oratio requirit, personam, vel quasi personam, convertitur. *Latine dicitur Aversio.*

(Dicitur ἀποστροφή averfio, avocatio ab ἀποστέφω, ψω, avertō, revoco, alio flecto. Sic dicta, quia ab ea, de qua loquimur, ad aliam personam nos avertimus. Unde vulgo Apostrophe definitur: *cum persona in Oratione mutatur compellendi alicuius gratia; vel: cum oratio ad certam aliquam personam convertitur, quæ nominatim appellatur.* Dico vel *Quasi personam*: quia persona hic non proprie, sed improprie intelligitur, ne rebus quoque mutis & inanimatis tribuatur, ac tanquam impersonaliter accipiat.)

2. Modi

2. Modi ejus
bus ad Deum
hoc opus eorum

minum. v. 22.
maxim propter m
ordia tua.

(Est hæc Apostro
tatillius, cum apud
mate tradendo & in
ur, ut Æneid. I. A
morph. I. Dii capes
le. Apostrophes est
lampa.)

Vel 2, ad hum
onverfio, ut: P
vrea & tanquam

Verf. 10. Et v
ni judicatis terr

Hic ubi Prophet
dis, per Apostro
a le Domino subji
venit le David a l
coque his verbis a
perenni iniquitat
dus concionibus la
ubi co cionatores
guis per apostroph

Vel 3, ad r
ad personam
11. v. 22. Et
que exaltata es

× 2. Modi ejus sunt tres. Vel enim 1. ab hominibus ad Deum fit averfio, ut, Pſal. 109. v. 21. *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum. v. 22. Tu autem Domine, Domine fac mecum propter nomen tuum, quia ſuavis miſericordia tua.*

(Eſt hæc Apoſtrophe tum in Pſalmis Davidicis uſitatiffima, cum apud Poëtas vel maxime illuſtris, ut in themate tractando & initio & fine invocatio ad Deum avertatur, ut Æneid. I. *Muſa mihi cauſas memora, &c.* Metamorph. I. *Dii cœptis adſpirate meis, &c.* Diviſio autem hæc Apoſtrophes eſt ex variis perſonarum adjunctis deſumpta.)

× Vel 2. ad humanam perſonam fit Orationis converſio, ut: Pſal. 2. v. 9. *Reges eos in virga ferrea & tanquam vas figuli confringes eos.*

× Verſ. 10. *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram.*

(Hic ubi Propheta de ſpiritali Chriſti regno vaticinatus eſſet, per Apoſtrophem ſe ad Principes convertit, eosque ut ſe Domino ſubjiciant graviter hortatur. Sic Pſ. 6. v. 9. avertit ſe David a luctu & ſqualore ſuo ad hoſtes inſultantes eosque his verbis alloquitur: *Diſcedite a me omnes, qui operamini iniquitatem.* Eſt hæc Apoſtrophe in familiaribus concionibus ſacris uſitatiffima & maxime neceſſaria, ubi concionatores univerſalia quam ſæpiſſime ſpeciatiſſime ſingulis per apoſtrophem applicant.)

× Vel 3. ad rem mutam & inanimatam quaſi ad perſonam Orationis fit converſio, ut: Matth. 11. v. 22. *Et tu Capernaum, quæ in cælum uſque exaltata es, uſque in infernum detruderis.*

(Hic

(Hic ubi Christus civitatibus Chorazim, Bethſaida, Tyro & Sidoni, in quibus plurimas virtutes ediderat, ad quas ipsa tamen pœnitentiam non egerant, summam ingrati- tudinem exprobraſſet, de quibus vid. v. 21. 22. eleganti tandem apoſtrophe ſe ad Capernaum convertit, eamque veluti perſonam aliquam animatam alloquitur, v. 23. Sic Cic. pro Milone ad Albanos tumulos, lucos & aras, quaſi perſonam aliquam Orationem convertit: *Vos Albani tumuli atque luci, vos, inquam, imploro atque obteſtor, vosque Albanorum obruta aræ ſacrorum populi Romani ſociæ atque æquales, quas ille præceps amentia, caſis proſtratisque ſanctiſſimis lucis ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat.*

x 1. Apoſtrophe ad vehementiam & affectus eſt accommodata.

x 2. Exclamationi elationis genere non cedit, & perſæpe cum ea conjungitur.

x 3. Rarius, ſed tamen aliquando protinus in exordio adhibetur.

(Quando ſcilicet ira & indignationis ſpecies repræſentatur. Sic exordium fit per Apoſtrophem, in *Catilin. 1. Quousque tandem, Catilina, abutere patientia noſtra? quamdiu nos etiam furor iſte tuus eludet? quem ad finem ſeſe effrenata jactabit audacia?* Sed tamen hic in Senatu reſ agitur, ideoque directus eo ad Patres: Unde averſio intelligitur, quod ſubjicit Talæus lib. 1. cap. 32.)

Exempla promiſcua alia.

Jer. 47. v. 6. *O mucro Domini uſque quo non quieſces: ingredere in vaginam tuam, refrigerare & ſile!*

Eſai. 8. v. 9. 10. *Audite univerſæ procul terra: Accingimini & conteramini: accingite vos & conteramini: inite*
con-

mitum & diſp
Quia nobiſcum
Pſal. 4. v. 3.
probrum?
Pſal. 27. v. 13.
circumſum.
Verſ. 14. Expeſ
tur cor tuum
Pſal. 42. v. 4. 6.
ut tuus? Quare tri
Pſalm. 110. Deus
Pſalm. 114. v. 3.
retroſam.
Verſ. 5. Quid eſt
is? quia converſus
Rom. 9. v. 20. Ad
reſponſas Deo
Rom. 11. v. 13.
Rom. 2. v. 17.
ſus in lege, & glor
Verſ. 19. Conſiſt
Bernh. in ſequ
conſidere miranda
ſus Maria, qui
tatis, & gloriſiam
rum & veſtes. Sul
Gabilas. Ubi eti
Cic. pro Mur.
legi ambitus later
L. Murena atron
ret, non ſolum ut
ram etiam ut eſſi
rationem mei ja
1. ad Catonem.
In Catilin. 1.
ſalute & cum tu
ſe tecum omni

contium & dissipabitur: loquimini verbum & non fiet;
Quia nobiscum (Deus) Immanuel.

Pfal. 4. v. 3. *Filii hominum quo usque erit gloria mea
 probum?*

Pfal. 27. v. 13. *Credo, me visurum bona Domini in terra
 viventium.*

Verf. 14. *Expecta Dominum & viriliter age & conforta-
 tur cor tuum.*

Pfal. 42. v. 4. 6. *Dicunt mihi per singulos dies, ubi est De-
 us tuus? Quare tristis es anima mea? Spera in Deo.*

Psal. 110. *Deus meus es tu, constebor tibi.*

Psal. 114. v. 3. *Mare vidit & fugit, Jordanis conversus
 est retrorsum.*

Verf. 5. *Quid est tibi mare, quod fugisti? & tu Jorda-
 nis? quia conversus es retrorsum.*

Rom. 9. v. 20. *Atqui o homo, tu quis es, qui ex adverso
 responsas Deo?*

Rom. 11. v. 13. *Vobis dico gentibus.*

Rom. 2. v. 17. *Eccce tu Judæus cognominaris, & acquie-
 scis in lege, & gloriaris in Deo, & Deo, &c.*

Verf. 19. *Confidis te ipsum esse ducem cæcorum, &c.*

Bernh. in sequentia Paschatos: *Mors & vita duello,
 conflixere mirando: Dux vita mortuus, regnat vivus. Die
 nobis Maria, quid vidisti in via? Sepulchrum Christi vi-
 ventis, & gloriam vidæ resurgentis: Angelicos testes, suda-
 rium & vestes. Surrexit Christus spes mea: precedet suos in
 Galilæa. Ubi etiam Protopopœia imperfect.*

Cic. pro Mur. *Negat fuisse rectum, Cato, ene consulem &
 legis ambitus latorem & tam se vere gesto consulatu causam
 L. Murenæ attingere: cujus reprehensio me vehementer mo-
 vet, non solum ut vobis iudices, quibus maxime debes, ve-
 rum etiam ut ipsi Catoni, gravissimo atque integerrimo viro,
 rationem mei facti probem. Hic duplex est Apostrophe,
 1. ad Catonem. 2. ad iudices.*

In Catilin. 1. *Hæc omnibus, Catilina, cum summa Reipub.
 salute & cum tua peste ac pernicie, cumque eorum exitio, qui
 se tecum omni scelere parricidioque junxerunt, proficiscere*

ad impium bellum ac nefarium. Tum tu Jupiter, qui iisdem quibus hæc urbs auspiciis a Romulo constitutus es, quem statorem hujus urbis atque imperii vere nominamus, hunc & hujus socios a tuis aris cæterisque templis, a tectis urbis ac mœnibus, a vita fortunisque civium omnium arcebis. Hic Apostrophe fit a Catilina ad Jovem Deum gentilitium.

Pro Dom. Quo circa te Capitoline, quem propter beneficia populus Romanus optimum: propter vim maximum nominavit.

1. Tuscul. Sic ad philosophiam sermonem convertit: Ad te confugimus, a te opem petimus, &c.

Æneid. 2. — Percunt Hypanisque Dymasque,
Confixi a sociis: nec te tua plurima Panthu,
Labentem pietas, nec Apollinis insula texit,

Æneid. 3. Fas omne abrumpit Polydorum, obruncat, & auro.

Vi potitur: Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames.

Æn. 6. Ne pueri, ne tanta animis adsuescite bella,
Neu patriæ validas in viscera vertite vires.

Ibid. Scipiades auros bello, & te maxime Caesar.

Ibid. Quis te magne Cato tacitum, aut te Cossæ relinquat?

Quis Græchi genus? aut geminos, duo fulmina belli,
Scipiadas, cladem Libyæ? parvoque potentem
Fabricium? vel te sulco Serrane serentem?

Quo fessum rapitis Fabii? tu maximus ille es,
Unus qui nobis cunctando restituis rem!

Ovid. 1. Fastor. Jane biceps anni tacite labentis origo
Dexter ades!

Ibid. Diique petitorum, dixit, salvete locorum,
Tuque novos cælo terra datura Deos.

Terent. in Phorm. Demipho te nunc appello, nam me cum est hoc tædet loqui. Exempla insignia hujus figuræ extant in fabula Pyrami & Thybes apud Ovid. lib. 4. Metam. fab. 4. ubi sermo nunc ad parietem, nunc ad feram, nunc parentes, nunc ad arborem convertitur.

CAPUT

LIBER
P R O
est, qua alien
nostra loquente
lonæ fictio.

(Narratio die
quasi dicitur personæ
sibi in personarum
narum, & Aucto
Ubi nota, perinde
& habeatur tanquam

1. Estque vel

(Distributio es
obliquam distingunt

2. Imperfecta

lonæ leviter &

nt (quoniam lib

et se quoque sicut

ignos existimet

mandetis. CICERO

(Dicitur imperj

et obliqua appellat

et integra Oratio,

& oblique quid al

exponimus. Sic d

ducit Aftaticos rog

Pompejus. Sic d

nam refert, quid

quentes introduci

se, sine ulla mai

quod iter nullum

sibi facere licent.

CAPUT XXX.

PROSOPOPOEIA

est, qua alienam personam veluti Oratione nostra loquentem fingimus. *Latine dicitur Personæ fictio.*

(Προσωποποιία dicitur a πρόσωπον persona & ποίησις effectio, quasi dicas personæ effectio sive fictio. Unde Cic. Orat. *fictam personarum inductionem*, Fab. Lib. 9. *Fictiones personarum*, & Auctor ad Herenn. 4. *Sermocinationem* nominat. Ubi nota, perinde esse, sive persona sit vera, sive fingatur & habeatur tanquam persona.)

1. Estque vel imperfecta vel perfecta.

(Distributio ex Adjunctis est. Alii in directam & obliquam distinguunt. Quæ distinctio eodem recidit.)

2. *Imperfecta* est, cum sermo alienæ personæ leviter & oblique repræsentatur, ut: *Hi vos (quoniam libere loqui non licet) tacite rogant, ut se quoque sicuti cæterarum provinciarum socios dignos existimetis, quorum salutem tali viro commendetis.* CICERO. pro L. Manil.

(Dicitur *imperfecta* respectu perfectæ; alias *Indirecta* & *obliqua* appellatur, quia non affingitur personæ directæ & integra Oratio, qua ipsa illa per se loquatur, sed leviter & oblique quid alii dixerint, vel rogaverint, vel cupierint, exponimus. Sic Cicero in allato exemplo imperfecte introducit Asiaticos rogantes, ut Mithridatico bello præficiatur Pompejus. Sic *Cæsar* I. *Comment.* de Legatis Helvetiorum refert, quidnam rogarint a se, non autem ipsos loquentes introducit. *Qui dicerent*, scribit, *sibi in animo esse, sine ullo maleficio iter per provinciam facere, propterea quod iter nullum haberent aliud: rogare, ut ejus voluntate id sibi facere liceat.*

3. *Perfecta est, cum tota fictio personæ Oratione nostra directe repræsentatur. Sic Sap. 5. v. 1 & seqq. tremores & angustiae damnatorum eleganti Profopopœia describuntur.*

Vers. 1. Tunc stabunt iusti magna constantia, adversus eos, qui ipsos angustiaverunt. v. 2. Videntes autem (damnati) turbabuntur timore horribili, gementes præ angustia spiritus. v. 3. Dicentes intra se: Hi sunt, quos habuimus aliquando in deivsum & in similitudinem improperii. v. 4. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. v. 5. Ecce quomodo computati sunt inter Filios Dei, & inter sanctos fors illorum est? v. 6. Ergo erravimus a via veritatis & justitiæ lumen non illuxit nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis, &c. v. 14. Talia dixerunt in inferno hi, qui peccaverunt.

(Dicitur hæc Profopopœia *directa & plena*. Hac enim personas sua ipsarum Oratione directe loquentes introducimus, nostramque ipsi loquelam affingimus, non aliter ac si ipsæmet coram præsentibus adessent, & ex ore suo proferrent. *In hac autem Profopopœia tria sedulo notabuntur. 1. Accessus ad eam. 2. Ipsa Profopopœia. 3. Recessus ab ea. Accessus* est præambulum seu apparatus ad Profopopœiam. *Recessus* est personæ depositio ac decora Profopopœiæ clausula. Sic in allato exemplo accessus & apparatus est ad speciem quandam prælusionis in *vers. 1. & 2.* Vox Orationis damnatorum recensetur a *v. 3. usque ad 14.* Ubi ipsa Profopopœia incipit, qua damnati, ac si coram præsentibus loquerentur, exclamare finguntur. Recessus seu depositio Profopopœiæ ponitur. *v. 14.* Semper in accessu & recessu decorum observandum, quod nimirum persona & decori suscipiatur & decore deponatur.)

4. Pro-

LIBE
4. Profopop
& inanimatis
buit figmento
lo: Cur me fi
v. 11. dicitur
sibi: justitia &

(Hic actus huius
justitiæ & paci-
tas; regionibus
bus, &c. person
gantur. Exempla

5. Profopop
γινώσκω sive fer

6. Μίμνημι
imitatur, ut
cum, & imple
se & eras, &
μνηστικῶς ve
primit.

(Dicitur
diximus supra in
busdam inter tro
topi non confu
tum gestus iro
piciatur. Talis
cula eorum V.
Ege anima no-
mus & bibam

7. Δια-
personam

4. *Prosopopœia* tribuitur etiam *rebus mutis & inanimatis*: Sic Rom. 9. v. 20. *Paulus attribuit figmento figuli*: Num dicit figmentum figulo: Cur me finxisti ad hunc modum? Ps. 85. v. 11. dicitur: *Ut misericordia & veritas obveniant sibi, justitia & pax osculentur se.*

(Hic actus humanus tribuitur misericordiæ, veritati, justitiæ & paci. Ita sæpe virtutibus, vitiis, brutis, utribus, regionibus, Reip. patriæ, parietibus, montibus, &c. persona humana ejusdemque attributa affinguntur. Exempla occurrent in seqq.)

5. *Prosopopœiæ* subjicitur *μίμησις & διαλογισμὸς* sive *sermocinatio*.

6. *Μίμησις* est, qua alterius verba aut gestus imitatur, ut: Es. 56. v. 12. *Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate, & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.* Ubi Propheta *μιμητικῶς* verba impiorum Epicureorum exprimit.

(Dicitur *μίμησις* a *μιμέομαι*, quod est imitor. De eadem diximus supra in distributione Tropi *cap. 3.* referri a quibusdam inter tropos, sed male, cum speciem peculiarem tropi non constituat, sed interdum ob adjunctos exprimentium gestus ironiæ, ut plurimum vero *Prosopopœia* subjiciatur. Talis *μίμησις* est Ps. 2. v. 3. *Disrumpamus vincula eorum* Ps. 35. v. 21. 25. *Euge viderunt oculi nostri, Euge animæ nostræ devoravimus eum.* Es. 22. v. 3. *Comedamus & bibamus, cras enim moriemur.*)

7. *Διαλογισμὸς* sive *sermocinatio* est, cum personam absentem introducimus loquentem

tanquam præsentem, ut: D. Lutherus Spiritum sanctum introducit, sic cum Johanne Baptista captivo loquentem: *Mi Johannes. ne perturbet te indigna ista fortuna: Breve mundi gaudium, mox excipiet æternus cruciatus. Contra tua afflictio in sempiternam vertetur lætitiã.*

(Vulgo sic fermocinationem & prosopopœiam distinguunt, quod in hac tribuatur sermo rebus inanimatis, quæ non sunt personæ: in illa vero rebus animatis, quæ veræ sunt personæ.)

1. Prosopopœia ornamentum elocutionis singulare est, & magnæ imprimis audaciæ. *Itaque*

2. Magno consilio & iudicio regenda, quo consentanea personis Oratio tribuatur.

3. Ratio decori ante omnia in ejusdem conformatione diligenter attendenda, *Talæ. l. 1. c. 13.*

(*Hic enim valet illud Horatii de arte Poetica:*
Intererit multum, Davusne loquatur herusve.
Maturusve senex, an adhuc florente juventa
Fervidus, an matrona potens, an sedula nutrix.
Mercatorve vagus, cultorve viventis agelli,
Colchus an Assyrius, Thebis nutritus, an Argis.)

Exempla promiscua alia.

Jud. 9. v. 7. & seqq. *Abimelech Rege constituto in Sichem, Jonatham ivit & stetit in vertice montis Garizam, clavataque voce clamavit, & dixit: Audite me optimates Sichem, ut audiat vos Dominus. Iverunt ligna, ut ungerent super se regem. Dixeruntque oliva: impera nobis. Quæ respondit: Numquid possum deserere pinguedinem meam, qua & Deum honorant & homines, & venire, ut inter ligna promovear. Dixeruntque ligna ad arborem ficum: Veni & super*

regnum accipe.
 serere dulcedinem m
 er cetera ligna pro
 Veni & impera m
 lum deserere vinum
 & inter cetera lign
 ad rhamnum: Veni
 & regere me regem vol
 respicite: & ante
 & decoret Cedros

2. Reg. 14. v. 19.

in Regem Juda, a
 que est in Libani.

rom. Transieruntq
 conculcaverunt cana

Proverb. 8. v. 11

ia. Itemque Sep

Rom. 10. v. 6.

Ne discris in cordi

Christum deducere:

Christum a mortuis

para? Prope est

velum fides, quo

1. Corinth. 13

infirma, ubi est v

vidoria affingitur

Apo. 6. vers. 11

tu: & tribuni,

derant se in spelu

tilas: Cadite sup

super thronum, &

ne ejus, & qui

Apo. 7. v. 9

anumerare pot

ppulis, & in

amisti solis a

voc magna

nes regnum accipe. *Quæ respondit eis: Numquid possum deserere dulcedinem meam fructusque suavissimos, & ire, ut inter cætera ligna promovear? Locutaque sunt ligna ad vitem: Veni & impera nobis. Quæ respondit eis: Numquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter cætera ligna promoveri? Dixeruntque omnia ligna ad rhamnum: Veni & impera super nos. Quæ respondit: si vere me regem vobis constituitis, venite & sub umbra mea requiescite: Si autem non vultis, egredietur ignis de rhamno & devoret Cedros Libani, &c.*

2. Reg. 14. v. 19. *Remisitque Joas Rex Israel ad Amasiam Regem Judæ, dicens: Carduus Libani misit ad Cedrum, quæ est in Libano. dicens: Da filiam tuam filio meo uxorem. Transferuntque bestie saltus, quæ sunt in Libano, & conculcaverunt carduum.*

Proverb. 8. v. 1. *ad finem usque persona affingitur Sapientia. Itemque Sap. 7. & 8. cap.*

Rom. 10. v. 6. *Quæ autem ex fide est justitia, sic dicit: Ne dixeris in corde tuo: Quis ascendet in cælum? id est, Christum deducere: aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum a mortuis reducere. Item v. 8. Sed quid dicit Scriptura? Prope est verbum in ore tuo & corde tuo: Hoc est verbum fidei, quod prædicamus.*

1. Corinth. 15. v. 55. *Ubi est, mors, aculeus tuus, & inferne, ubi est victoria tua? Hic morti aculeus & inferno victoria affingitur.*

Apoc. 6. vers. 15. *Et Reges terræ, & Principes, & divites; & tribuni, & fortes, & omnis servus, & liber, absconderunt se in speluncis & in peiris montium, & dicunt montibus: Cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira Agni, quoniam venit dies magnus iræ ejus, & quis poterit stare?*

Apoc. 7. v. 9. & seqq. *Vidi turbam magnam, quam nemo dinumerare poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis & palmae in manibus eorum, clamabant voce magna, dicentes: Salus ei, qui sedet super thronum*

Dei nostri, & Agni. Et omnes Angeli stabant in circuitu throni & seniorum, & quatuor animalium, & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, adorantes Deum, & dicentes. Amen, Benedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, & honor, & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, Amen.

Huc pertinent omnes parabolæ & historiæ Evangelicæ, in quibus varii variarum personarum gestus, dicta & facta exprimuntur.

August. serm. 26. ad fratres in Eremito de Inferno: O inferne, tu latus es, & mensuram non habes. Profundus es, & nullum fundum te habere cognosco. Insatiabilis es, quia omnes tam pauperes quam divites te libenter suscipere audio. Plenus ardore incomparabili: plenus fœtore intolerabili: plenus dolore innumerabili. Ibi omnis miseria, ibi tenebra, ibi nullus ordo, ibi horror æternus, ibi nulla spes boni, nulla desperatio mali, sed omne malum, quod existimari potest, damnatis in æternum erit. Ibi, o fratres mei, demones flere, & clamare non cessabunt, percutere peccatores nunquam desistent, nunc superbum, nunc elatum, nunc gloriæ mundi plenum, nunc luxuriosum, nunc proditorem, nunc homicidam, nunc fœneratorem, nunc verbum, nunc adulatorum, nunc mendacem, nunc detractorem. Ecce quomodo clamabunt? Sed quid clamabunt, nisi percutite, dilacera, interfice, sine mora occide, velociter spolia, deprædare festina, fer prunas, picem para & argentum liquefce.

Cicer. pro Cælo, excitat Appium cæcum ad obijurgandam Clodiæ libidinem. Existat igitur ex hac familia aliquis, ac potissimum cæcus ille, minimum enim dolorem capiet, qui istam non videbit: qui profecto si extiterit, si ager & sic loquetur: Mulier, quid tibi cum Cælio? quid cum homine adolescentulo? quid cum alieno? cur aut tam familiaris huic fuisti, aut aurum commodares? aut tam inimica, ut venenum timeres? Non patrem tuum videras? non patrum, non avum, proavum, atavum, audieras Consules fuisse? non denique modo te Q. Metelli matrimonium tenuisse sciebas, clarissimi & fertissimi viri, patria.

LIB
 patriæque amantiss
 omnes prope ceteros
 cum amplissimo ge
 tibi Cælius iam a
 familiaris? nihil
 moras ac libid
 unuocabant, ne
 emum demistica
 Non virgi illa Veli
 pationem ab intima
 an est? Cur te fr
 cula, & usque a
 si repetita, moro
 tu amorum totip
 equam adduxit, ut
 ut cam tu alienis
 (judices) ita gran
 idem Appius repen
 illa sua gravitate
 Virg. Æn. 1. I
 O sciti (neque
 O passi graviter
 Vos & Scyllæan
 Accessis scopul
 Experti, revoc
 Minus: fers!
 Per varios cast
 Tendimus in L
 Offendunt: ill
 Durate, & vo
 Talia voce ref
 Spem vultu
 Cic. in Cælio
 neque illes ulla
 in aliquo con
 emum nostr
 nihil judicac

patriæque amantissimi, qui simul ac pedem limine extulerat, omnes prope cives virtute, gloria, dignitate superabat: cui cum amplissimo genere in familiam clarissimam nupsisset, cur tibi Cælius tam conjunctus fuit? cognatus? affinis? vir tui familiaris? nihil horum. Quid igitur fuit nisi quadam temeritas ac libido? nonne te, si nostræ imagines viriles non commovebant, ne progenies quidem mea & illa Claudia æmulum domestica laudis in gloria muliebri esse admonebat? Non virgo illa Vestalis Claudia, quæ patrem complexa triumphantem ab inimico Tribuno plebis de curru detrahi passa non est? Cur te fraterna vitia potius, quam bona paterna & avita, & usque a nobis cum in viris, tum etiam in fœminis repetita, moverunt? Ideone ego pacem Pyrrhi diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires? Ideo aquam adduxi, ut ea tu incestu uterere? Ideo viam munivi, ut eam tu alienis viris comitata celebrares? Sed quid ego (judices) ita gravem personam induxi? ut & verear, ne se idem Appius repente convertat, & Cœlium incipias accusare illa sua gravitate censoria.

Virg. Æn. I. Dividit & ductis incertia pectore mulcet,
 O socii (neque enim ignari sumus ante malorum)
 O passi graviora! dabit Deus his quoque finem,
 Vos & Scyllæam rabiem, penitusque sonantes
 Accessit scopulos: vos & Cyclopea saxo
 Experti, revocate animos mœstumque timorem
 Mittite: forsân & hæc olim meminisse juvabit.
 Per varios casus, per tot discrimina rerum
 Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
 Ostendunt: illic fas regna resurgere Troja.
 Durate, & vosmet rebus servate secundis.
 Talia voce refert, curisque ingentibus æger
 Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.

Cic. in Catil. I. Si te parentes timerent atque odissent tui, neque illos ulla ratione placare posses, ut opinor, ab eorum oculis aliquo concedere: nunc te patria, quæ communis est omnium nostrum parens, odit ac metuit, & jam diu de te nihil judicat, nisi de parricidio suo cogitare? hujus tu neque

autoritatem verberari? neque iudicium sequere: neque vim pertimesces? Quæ tecum Catilina, sic agit, & quodammodo tacita loquitur. Nullum jam tot annos facinus exitit nisi per te: nullum flagitium sine te; tibi uni multorum civium necesse, tibi vexatio direptioque sociorum impunita fuit ac libera: tu non solum ad negligendas leges & quæstiones, verum etiam ad evertendas perfringendasque valuisti. Superiora illa quanquam ferenda non fuerunt, tamen ut potui, tuli: nunc vero me totum esse in metu propter te unum, quicquam increpaverit. Catilinam timeri, nullum videri contra me consilium iniri posse, quod a tuo scelere abhorreat; non est ferendum. Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe, si est verus, ne opprimar; sin autem falsus, ut tandem aliquando timere desinam. Hæc si tecum, ut dixi, parricia loquatur, nonne impetrare debeat, etiamsi vim adhibere non possit?

Plura exempla occurrent apud alios. Apud Xenophontem 2, ἀπόμην, voluptatis & virtutis personæ introducuntur. Apud Ovidium in Metam. lib. 7. lib. 11. & l. 2. Famis, Somni, & invidiæ. Apud Virgilium, Famæ. Apud Lucanum Linguae. Apud Plutarch. Virtutis & Fortunæ. Ap. Cic. Verr. 1. Una Sicilia, altera Siculorum, &c. Profopœia introducuntur.

CAPUT XXXI.

A D D U B I T A T I O
est deliberatio nobiscum, cum dubitare & nescire nos aliquid significamus: *Græce dicitur* ἀπορία, ut: *Eloquar, an sileam?* VIRG. l. 1. *Æn.* Quo me vertam nescio, CIC. pro Cluent.

Pf. 139. v. 7. *Quo ibo a spiritu tuo? & quo a facie tua fugiam?*

Verf. 8. *Si ascendero in cælum, tu illic es: Si in infernum lectum stravero, ades.*

Verf.

Verf. 9. Si su
bitavero in extr

Verf. 10. Illi
prehendet me de

(Hic secum Dav
ingere a Domino
deliberatio nobiscum
tus, quid acturi sin
ri, arum hoc vel
Deliberatio vero gl
tius subinde inter
tus audientium an
quam expectatione
l. 1. c. 34.)

Differt Addu
t præcedentibus
id est, simplici
ne: hæc vero su
quædam propri
nem considera

Luc. 16. v. 3.
qua Dominus me
vau, mendicare

1. Cor. 11. v. 2
Non laudo.

Phil. 1. v. 22.
re, an mori? &
a duobus: desid
multo magis me
cessarium prope

Verf. 9. *Si sumpsero pennas meas diluculo & habitavero in extremis maris.*

Verf. 10. *Illic etiam manus tua ducet me, & apprehendet me dextera tua, &c.*

(Hic secum David deliberat & dubitat sive nescit, quo fugere a Domino debeat. Definitur autem Addubitatio *deliberatio nobiscum*, quia tacite quasi nobiscum deliberamus, quid acturi simus; utrum scilicet de hoc vel illo dicturi, utrum hoc vel illud facturi aut intermissuri simus, &c. *Deliberatio vero est, cum varias tanquam consultationis rationes subinde interrogamus*, quo in genere suspensis diutius audientium animis, aliquando inexpectatum quippiam expectatione ipsa majus aut minus statuit. *Talæus l. 1. c. 34.*)

Differt Addubitatio & seqq. figuræ sententiæ a præcedentibus, quia illæ fuerunt in Logismo, id est, simplici consideratione uniusque sermone: hæ vero sunt in Dialogismo, ubi conjuncta quædam propter interrogationem & responsionem considerantur; *Claud. Min. ad Tal. c. 34.*

Exempla alia.

Luc. 16. v. 3. *Ait dispensator intra se: Quid faciam, quia Dominus meus aufert a me villicationem: Fodere non valeo, mendicare erubesco.*

I. Cor. II. v. 22. *Quid vobis dicam? laudabo vos in hoc? Non laudo.*

Phil. I. v. 22. *Addubitatur Paulus, utrum melius sit vivere, an mori? Quid eligam, inquis, ignoro. Coarctor enim a duobus: desiderium habens dissolvi & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, magis necessarium propter vos.*

Cic. de Invent. *Sape & multum hoc mecum cogitavi, bone an mai plus attulerit hominibus & civitatibus copia dicendi & summum eloquentiæ studium.*

Pro Cluent. *Equidem quod ad me attinet: quo me veritam nescio: negem fuisse illam infamiam corrupti iudicii? negem illam rem agitatam in concionibus? jactatam in iudiciis? commemoratam in Senatu? evellam ex animis hominum tantam opinionem? tam penitus insitam, tam vetustam? Non est nostri ingenii: vestri auxiliæ est (iudices) hujus innocentia, sic in hac calamitosa fama, quasi in aliqua perniciosissima flamma atque in communi incendio subvenire.*

Phil. I. *Quid putem? contemptumne me? non video, nec in vita nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid despiciere possit Antonius. An in Senatu facillime detrahi posse credidit? Atqui ordo clarissimis civibus bene gesta Reipubl. testimonium multis, mihi uni conservatæ dedit. An decertare mecum voluit contentione dicendi? hoc quidem beneficium est: Quid enim plenius, quid uberius, quam mihi & pro me & contra Antonium dicere? illud profecto est: non existimavit sui similibus probari posse se esse hostem patriæ, nisi mihi esset inimicus.*

In Orat. ad Brut. *Utrum difficilius aut maius esset negare tibi sæpius idem roganti, an efficere id quod rogares, diu multumque Brute, dubitavi, &c.*

Pro Q. Ligar. *Obfuit eo tempore plurimum Reipubl. consulum sive stultitiam sive malitiam dicere oportet, sive utrumque.*

Pro A. Cluent. *Non dico, iudices, hoc tempore, id quod nescio, an dici oporteat illum majestatis esse damnatum.*

Æneid. 4. *En quid agam? rursusne preces irrisa precres
Experiar? Nomatumque petam conubia supplex,
Quos ego sum toties jam dedignata muros?
Iliacas igitur classes, atque ultima Teucrium
Jussa sequar?*

Ibid.

Ibid. *Hæc quid agat
Audeat affatis? &
Cornelius Tacit.
scriptas, quas per
Quid scribam volis
minime non scribam
dent, quam perire m
Schemate hoc pal
que qui me veritam
Verri. ult. Qu
rationes conferam?
Pro Amer. Qu
diar? aut quid
commertatum? pop
Ibid. Nec quom
Isum, &c.*

ut deliberatio
vel iudice.) Gr
4 v. 19. Vos it
fætu Dei vos p
(Ita Petrus & J
meis, in Concilio
redicentibus. Ut
in consilium adhibe
confilium a libere
cum iudicibus qu
iur Communicat
permissio, et
relinquimus, ut
rissi, quid nunc
pro Deiot.)

Ibid. *Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem. Audeat affatis? & quæ prima exordia sumat?*

Cornelius Tacit. 20. *Censet literas Tiberii ad Senaturn scriptas, quas per Addubitationem exorditur, his verbis: Quid scribam vobis P. C. aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore, Dii me Deaque pejus perdent, quam perire me quotidie sentio, si scio.*

Schemate hoc passim utitur Cicero, ut in *Ligariana*: *Itaque quo me vertam, nescio.*

Verrin. ult. *Quid agam, iudices? quo accusationis mee rationes conferam? quo me vertam?*

Pro Amer. *Quid primum querar? aut unde potissimum ordiar? aut quod, aut a quibus auxilium petam? Deorumne immortalium? populine Romani.*

Ibid. *Nec quomodo dicam, nec quomodo taceam, reperire possum, &c.*

CAPUT XXXII.

COMMUNICATIO

est deliberatio cum aliis (auditore, adversario vel iudice.) Græce dicitur *ἀνακοίνωσις*, ut Act. 4. v. 19. *Vos ipsi iudicate, an justum sit in conspectu Dei vos potius audire, quam Deum.*

(Ita Petrus & Johannes respondent Sacerdotibus & Saducais, in Concilio ipsis ne docerent in nomine Jesu interdicens. Ubi per *ἀνακοίνωσις* ipsorummet iudicium in consilium adhibent. *Quandocunque enim aut auditorem in consilium adhibemus, aut ipsos adversarios consulimus, aut cum iudicibus quasi deliberamus, hæc ipsa deliberatio dicitur Communicatio, Fab. lib. 9. c. 2.* Huc refertur *ἐπιποπὴ* permissio, cum videlicet auditori aliquid æstimandum relinquimus, ut: *Tuum est, Cesar, qui pro multis sæpe dixisti, quid nunc mihi animi sit, ad teipsum referre.* Cic. pro Dejot.)

Differt

Differt ab Addubitatione, quia hæc secum deliberat: Illa vero cum aliis.

Exempla alia.

Matth. 22. v. 17. *Licetne censum dare Cesari, an non?*

Marc. 3. v. 4. *Licetne Sabbatho benefacere? annon?*

Luc. 7. v. 19. *Tunc es ille, qui venturus est, an alium expectemus?*

Luc. 11. v. 19. *Si ego in Beelzebub ejicio demonia, filii vestri in quo ejiciunt? ideo ipsi judices vestri erunt.*

I. Cor. 10. v. 15 *Ut peritis loquor, judicate vos, quod dico, Poculum benedictionis, cui benedicimus, nonne est communio Sanguinis Christi?*

I. Corinth. 12. v. 1. 2. *De spiritualibus donis, fratres, nolo vos ignorare. Scitis, quod gentes eratis, & ad idola muta abripiebamini, &c.*

Cic. pro Quint. Ego pro te nunc hos consulo post tempus in aliena re, quos tu in tua re, cum tempus erat, consulere oblitus es. Quæro abs te C. Aquili, L. Luculle, P. Quinti, M. Marcelle, vadimonium mihi non obiit quidam socius & affinis meus, qui cum mihi necessitudo vetus, controversia de re pecuniaria recens intercedit: postulone a Præto- re, ut ejus bona mihi possidere liceat: an cum Romæ domus ejus, uxor, liberi sint, domum, potius denunciem? quid est, quod hac tandem de re vobis possit videri? Profecto si recte vestram bonitatem atque prudentiam cognovi, non multum me fallit, si consulamini, quid sitis responsuri: primum expectare, deinde si latitare ac diutius ludificare videatur, amicos convenire, quare quis procurator sit, domum denunciare: dici vix potest, quam multa sint, quæ respondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem extremam ac necessariam devenire.

Verr. 7. *Quid deinde? quid censetis? furtum fortasse aut prædam expectatis aliquam? nolite usquequaque eadem quæ- rere, in metu belli, furandi quis locus potest esse? etiamsi quæ fuit in hac re furandi occasio, prætermissa est.* Tum
potuit

potuit a Leonida
vix ut adisset; fu-
i usam diceret, e-
tis quidem servis;
ad supplicium ne-
ferunt: testes pub-
licetana: testes ho-
Roman. nihil pote-
& ad palum allega-
ni judicis, quid
fieri sine aliquo q-
fieri potuit? qua-
nisi improbum
homine sceleris et
raditi, ad palum
tum inspectantibus
isti.

Pro Cæcin. Quæ-
visti homines & a-
urum, sed prim-
libras sis?

Ibid. Venio nunc
velere. Puto
negligit iniquior
vniati, cum satis

Pro Rabir. Tu
tempore.

Verrin. 2. Nam
suandam putatis.

Verrin. 1. Tu
non prætermittes?

De Divinat. Si
torimus: mecum

line nec per eum
nobilis cognita: An
verant?

potuit a Leonida nummorum aliquid auferre, cum denuncia-
vis ut adesset; fuit nunquid aliquid, & isti non nova, ne
in usam diceret, etiam alter locus, ut absolueretur, damna-
tis quidem servis, qua praedandi potest esse ratio? produci
ad supplicium necesse est: testes enim sunt, qui in consilio
fuerunt: testes publ. tabula: testis splendidissima civitas Li-
lybetana: testis honestissimus maximusque conventus civium
Roman. nihil potest, producendi sunt: itaque producuntur,
& ad palum alligantur. Etiamnum mihi expectare videmi-
ni iudices, quid deinde factum sit: quod iste nihil unquam
fecit sine aliquo quaestu atque praeda. Quid in eiusmodi re
fieri potuit? quod commodum est? Expectate facinus quam
vultis improbum: vincam tamen expectationem omnium.
Nomine sceleris conjurationisque damnati, ad supplicium
traditi, ad palum alligati, repente multis millibus homi-
num inspectantibus soluti sunt, & Leonida illi Domino red-
diti.

Pro Cæcin. Quaro, si te hodie domum tuam redeuntem
coacti homines & armati non modo limine tectoque aditum
tuarum, sed primo aditu vestibuloque prohiberint, quid
acturus sis?

Ibid. Venio nunc ad illud tuum: Non dejeci, sed non friv-
accedere. Puto te ipsum, Piso, perspicere, quanto ista sit
angustior iniquiorque defensio, quam si illa uterere: non fuerunt
armati, cum saxis & iustibus fuerunt

Pro Rabir. Tu denique Labiene, quid faceres, tali in re ac
tempore.

Verrin. 2. Nunc ego, iudices, jam vos consulo, quid mihi
faciendum putetis.

Verrin. 1. Tu Cæcili quid facies? utrum hoc tantum cri-
men pratermittes? an objicies?

De Divinat. Si tibi Q. Cæcili hoc Siculi dicerent: te non
novimus: nescimus quis sis? nunquam te antea vidimus:
Sine nos per eum nostras fortunas defendere, cujus fides est
nobis cognita: Nonne id dicerent, quod civis probare de-
berent?

Pro Sextio. *Hæc cum viderem, quid agerem iudices? Scio enim non tam mihi vestrum studium, sed meo prope vestro defuisse? Contenderem contra tribunum plebis privatus armis? Quid si in prima contentione vi tribunitia victus in foro cum multis viris bonis concidissem?*

Terent. in Phorm. Act. 1. Scen. 3. *Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex ista copia?*

Horat. lib 1. Od. 12.

*Quem virum, aut heroa lyra, vel acris
Tibi sumis celebrare Clio?*

*Quem Deum? cuius recinat jocosa
Nomen imago.*

CAPUT XXXIII.

I. OCCUPATIO

est; cum tacitam animo conceptam cogitationem, quæ nobis ab aliis (*adversario, auditore vel lectore*) objici poterat, anticipamus & diluimus. Græce dicitur *προκατάληψις* sive *προβλήσις*.

(Cicero *Anteoccupationem* sive *Antepræmunitionem*, nominat lib. 3. de Orat. cum scilicet tacitæ objectioni occurrimus, vel ipsi animadvertentes quid obsit nobis, prius id diluimus, quam objici possit.)

2. Partes ejus duæ: 1. *Obiectio* sive *occupatio* in specie sic dicta: 2. *Subjectio*.

3. **OBJECTIO** sive *occupatio* proprie sic dicta est, cum quid alio dici vel objici possit, tantum proferimus.

Græce dicitur *Ἀντιθέσις* & *προβολή*. Notæ ejus plerumque sunt: *Quamquam, Quamvis, Etsi, Tametsi, Sed, At,*

At, &c. Dico *plerumque*. His enim voculis *plerumque* incipit. Sapius tamen etiam absque notis profertur.

4. SUBJECTIO est, cum ipsi objectioni respondemus.

(Græce dicitur λύσις. Nota hujus *plerumque* est vocula *tamen*. Quaquam & sine hac esse possit.)

Ut: *Quamvis* sciat concionator, quod veritas odium pariat, (hactenus obiectio five occupatio) tamen propter offensionem potentum aut hominum metum non sit ad scelera canis mutus (subjectio.) Rom. 11. 19. *Dices ergo, defracti sunt rami, ut ego insererer: (occupatio.) Bene dicis, per infidelitatem defracti sunt. Tu autem per fidem stas, (subjectio.)*

(Alii quatuor occupationis partes constituunt, quarum due priores sunt adversarii five accusatoris: dua posteriores respondentis: 1. Πρόσθεσις *propositio sententiae generalis*, seu promissio rationis adversariae, ut pro Arch. Quæret quispiam, quid? 2. ὑποφορὰ, *Obiectio rationis adversariae*, ut: Illi ipsi summi viri, quorum virtutes literis proditæ sunt: istane doctrina, quam tu tantopere laudibus effers, eruditi fuerunt? 3. Ἀντιπρόθεσις, *Opposita propositio* seu τῆς λύσεως ὑπόσχεσις, *refutationis promissio*, ut: Difficile est hoc de omnibus confirmare, sed tamen certum est, quid respondeam. 4. Ἀνθυποφορὰ ἢ λύσις *Solutio*, ut: Ego multos homines excellenti animo & virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu prope divino per seipso moderatos & graves extitisse fateor.)

5. Occupationi subjicitur *interrogatio*: Subjectioni *Dialogismus* five *Ratiocinatio*.

6. *Interrogatio* est, cum quærimus aut sciscitamus sine responsione nostra, ut: *Qui novus*
vms

*us hic nostris successit sedibus hospes? VIRG.
Æneid. 4.*

(Græce dicitur ἐρώτησις itemque ἐρώτημα. Vulgo specialem sententiæ figuram Interrogationem constituunt. At præter rem. Est enim Interrogatio duplex: 1. *Simplex*, quæ sine motu est, ut: Quo nunc abis? Quid est Grammatica? Hæc Rhetorica non est, cum animum nullo motu afficiat. Vel 2. *Figurata*, quæ affectibus instructa est, ut puta vel 1. *Dubitandi*, ut in *Roscian.* Quid primum querar? unde potissimum exordiar? 2. *Negandi & obtestandi*, ut, ibid. Nam per Deos immortales quid inest in hac causa, quod defensione indigeat? 3. *Admirandi*, ut: Quis novus hic nostris successit sedibus hospes? 4. *Contemnendi & irridendi*, ut, *Cic. pro Dejot.* At credo hæc homo temerarius & inconsultus non videbat? At quam festivo crimine contextitur? &c. Qui & alii modi scrupulosius a Crusio in Rhet. propositi, ubi, si velis, videre poteris. Unum **NOTA**: Differre interrogacionem a subiectione, quod in illa responsio nostra non subicitur; in hæc subicitur.)

7. **DIALOGISMUS** five Ratiocinatio est, cum ipsi a nobis crebro rationem poscimus, quare quidque dicitur, ut: *Ecqua mente? qua invaseras. Qua manu? qua disturbaras. Qua voce? qua incendi jusseras? Qua lege? quam ne illa quidem impunitate tua scripseras. CIC. de Harusp. resp.*

(Alii Sermocinationem nominant Dialogismum, cum orationem personæ alicuius tribuimus, ut *Cic. 4. de finibus. Quid si reviviscant Platonici illi, & tecum ita loquantur &c.* At hæc sermocinatio Prosopopœia est, & hæcenus huc non refertur. Talæus Dialogismum commune genus Addubitationis, Communicationis, Occupationis, &c. constituit. Hæc nos pressius consideramus cum *Aristotelis*

is pro Subiectione.
in partem five inter
ventionis & docili
reducatur ut Ter
tus puer: die sedo
dia illi erat nomen
dabant. aut Nee
gocum dolores invoca
tantam mors si
quid progredi possi
(Occupatio
vel mitigamus
lam.

2. Singulare

(Videndum ma
tina iudicis, quo
probetur, &c.)

3. In tota q
maxime in Ex

4. Fere Pro

(Itaque fico
& imperfecta five
perfecta five dire
exempla utriusqu

5. Interdur
verbario obijci
tem fingimus.

(Et quidem f
deat: nos occu
Quint. recense
Quintium in h
De re pœnari
versis est: nubi

cis pro Subjectione. Alii ad Subjectionem etiam referunt *interstitium* sive *interrogatiunculam*, quæ cursum orationis, attentionis & docilitatis causa interfecat. Græce dicitur ἐπαρρη-
ορις *diastolè* ut Terent. in And. Act. I. Scen. I. *Rogitabam,*
Heus puer: dic sodes, quis heri habuit Chrysidem? Nam An-
dria illi erat nomen. So. Teneo. Si. *Phædriam aut Cliniam*
dicebant, aut Niceratum. Sic. Cicer. Verr. 5. *Multi &*
graves dolores inventi parentibus & propinquis multi. Ve-
runtamen mors sit extrema. Non erit: estne aliquid, ultra
quod progredi possit? Reperietur.)

Occupatio 1. necessaria est, cum emendamus vel mitigamus dictum aliquod sive recte sive palam.

2. Singularem prudentiam requirit.

(Videndum namque studiose erit, quæ sint hominum tacita iudicia, quo propendeant animi, quid offendat, quia probetur, &c.)

3. In tota quidem Oratione, sed tamen vel maxime in Exordiis locum habet.

4. Fere Profopopœiam conjunctam habet.

(Itaque sicut Profopopœia alia est perfecta sive directa, & imperfecta sive obliqua, ita & occupatio alia obliqua, alia perfecta sive directa fuerit. *Talæus* lib. I. c. 36. Ubi etiam exempla utriusque proponit.)

5. Interdum ipsi cogitationem nostram adversario objicimus, ipsumque contra respondentem fingimus.

(Et quidem sic, ut nos objiciamus, adversarius respondeat: nos occupemus, ille subjiciat. Sic apud Cicer. pro Quint. recensetur Nævii vel Quintii fermocinatio: Illius Quintium in jus vocantis: hujus adversario respondentis. *De re pecuniaria cupio contendere: non licet: At ea controversa est: nihil ad me attinet. Causam capitis dicas oportet.*

tet. *Accusa, ubi ita necesse est. Non (inquit) nisi tu ante novo modo, priora loco dixeris. Dicendum necessario est praestituendae horae ad arbitrium nostrum. Judex ipse arcessetur: quid tum tu aliquem patronum invenies, hominem antiqui officii, qui splendorem nostrum & gratiam negligat.)*

Exempla promiscua alia.

Rom. 3. v. 1. *Qua igitur est praestantia Judaei? aut qua utilitas circumcissionis. v. 2. Multa per omnem modum. Primum n. illud est, quod illis credita sunt oracula Dei. v. 3. Quid vero tum, si quidam fuerunt increduli? num incredulitas eorum fidem Dei faciet irritam? Absit: imo Deus fit verax, omnis vero homo mendax. v. 5. Quod si injustitia nostra justitiam Dei commendat, quid dicemus? Num injustus Deus, qui inferat poenam? Absit. v. 9. Quod igitur? praecellimus? Nullo modo. v. 27. Ubi igitur gloriatio? exclusa est. Per quam legem? operum? Non: imo per legem fidei. v. 29. An Judaeorum Deus solum? annor & gentium? certe & gentium. v. 31. Legem igitur inanem reddimus per fidem? Absit, imo legem stabilimus. Hic octo habemus occupationes, quibus elegantissime hoc caput figuratur.*

Rom. 4. v. 1. *Quid igitur dicemus Abraham patrem nostrum adeptum esse secundum carnem? v. 2. Nam si Abraham ex operibus justificatus est, habet quod gloriatur, at non apud Deum. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad justitiam.*

Rom. 6. v. 1. *Quid igitur dicemus? permanebimus in peccato, ut gratia auctior fiat? Absit.*

Rom. 7. v. 7. *Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? absit, imo peccatum non cognovi, nisi per legem.*

Rom. 8. v. 31. *Quid igitur dicemus ad haec? Si Deus pro nobis, quis contra nos? &c.*

Verf. 35. *Quis nos separabit a charitate Christi? num oppressio? num angustia? num persecutio? num fames? &c. v. 37. Imo in his omnibus plusquam victores sumus per eum, qui dilexit nos. v. 38. Nam mihi persuasum est, quod neque mors,*

neque vita, ne
 de Deo, qua est in
 1. Cor. 15. v. 35.
 ni? quali autem cor
 ni, non veris, ni
 Cic. Offic. 1. Qu
 in Crisppum id qu
 ni qu philosophia
 Pro Milon. Et
 videri incipiet
 Pro Cluent. Se
 Non est a vobis
 tantus quinquam
 dudum tacita col
 Pro Arch. An
 quadam in hoc fa
 Sic Cic. Verrem.
 qui per tot annos de
 iudum Verrem de
 Pro Milon. Cur
 litine, nonnunqua
 Pro Sylla. Cur a
 demati sunt? qu
 Pro Arch. Qu
 dilectum? Qu
 nisi strepitu reser
 Exemplum occu
 pro Amer. Credo
 summi Oratores, h
 perrexerim, &c.
 igitur res prater
 perem? quia si
 multo plura dix
 omnia libere dis
 exire atque in v
 Exemplum d
 quis: Haec igit

mors, neque vita, neque ulla creatura nos separabit a dilectione Dei, quæ est in Christo Jesu.

I. COR. 15. v. 35. At dicat aliquis: Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore prodeunt? v. 36. Stulte tu, quod seminas, non viviscit, nisi mortuum fuerit, &c.

Cic. Offic. I. Quanquam te, Marce Fili, annum jam audientem Cratippum idque Athenis, abundare oportet præceptis institutisque philosophiæ, &c.

Pro Milon. Etsi vereor, judices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem timere, &c.

Pro Cluent. Sed ego occurram expectationi vestræ, judices. Nam etsi a vobis sic audir, ut nunquam benignius neque attentius quæquam auditum putem, tamen vocat me alio jam dudum tacita vestra expectatio, quæ mihi obloqui videtur.

Pro Arch. Ac ne quis a nobis hoc ita dici miretur, quod alia quædam in hoc facultas sit ingenii.

Sic Cic. Verrin. I. dicit: Scire se mirari quosdam, quod is, qui per tot annos defenderit multos, læserit neminem, ad accusandum Verrem descenderit.

Pro Milon. Cur igitur victus est? quia non semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur.

Pro Sylla. Cur dixisti testimonium in alios? qui coactus. Cur damnati sunt? quia creditum est.

Pro Arch. Quæres a nobis, Grache, cur tantopere hoc homine delectemur? Quia suppeditat nobis, ubi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures convitio defessæ conquiescant. Exemplum occupationis obliquæ proponit Talæus ex Orat. pro Amer. Credo ego vos (judices) mirari, quid sit, cum tot summi Oratores, hominesque nobilissimi sedeant, ego potissimum surrexerim, &c. Tandem responsio subjungitur. Quæ me igitur res præter ceteros impulit, ut causam Sexti Roscii reciperem? quia si quis istorum dixisset, quos videtis adesse, &c. multo plura dixisse, quam dixisset, putaretur, &c. Ego si omnia libere dixerō, nequaquam tamen similiter Oratio manere exire atque in vulgus emanare poterit.

Exemplum directæ & planæ ex Orat. pro Cæcl. Dicit aliquis: Hæc igitur est tua disciplina? Sic tu instituis adolescentes?

scientes? ob hanc causam tibi hunc puerum parens commenda-
vit, & tradidit, ut in amore & voluptatibus adolescentiam
suam collocaret, & tu hanc vitam & studia defenderes? Ego
si quis (iudices) hoc robore animi, atque hac indole virtutis
ac continentiae fuit, ut respueret omnes voluptates, omnemque
vitae suae cursum in labore corporis, atque in omni contentione
conficeret? quem non quies, non aequalium studia, non ludi,
non convivia delectarent, nihil in vita expetendum putaret,
nisi, quod esset cum laude & cum dignitate conjunctum: hunc
mea sententia divinis quibusdam bonis instructum atque or-
natum puto. Ex hoc genere illos fuisse arbitror Camillos, Fa-
bricios, Curios, omnesque eos, qui haec ex minimis tanta fe-
cerunt.

Verrin. 7. Quid censetis? furtum fortasse aut praedam ex-
spectatis aliquam: nolite usque quaque quidem quaerere.

Pro Ligar. Apud quem igitur haec dico? nempe apud eum
qui cum hoc sciret, tamen antequam me vidit, Respubl.
reddidit.

CAPUT XXXIII.

P E R M I S S I O

est, cum facti cujuscumque licentia condonatur, ut:
In quo ego quid eniti aut quid efficere possim, malo
in aliorum spe relinquere, quam in Oratione mea
ponere. Cic. Divinat. in Verr.

(Alii permissionem sic definiunt: *Permissio est, cum qua-*
dam non explicamus, sed estimanda auditori (iudicibus ad-
versariis) relinquimus. Auctor ad Her. Lib. 4. hoc modo:
cum ostendimus in dicendo nos aliquam rem totam tradere &
concedere alicujus voluntati. Quintil lib. 2. cap. 2. cum ali-
qua ipsis iudicibus relinquimus estimanda, aliqua nonnun-
quam adversariis quoque: ut Calvus Varinio? Perfrica
frontem, & dic te digniorem, qui praetor fieres, quam Caro-
nem. Graece dicitur ἐπιλογῆν.

In.

Interdum Perm

Sollicit is superis

Sollicitat: neque

1. sequere Italiam

(Verba sunt l

sciam se accepisse

fum Dido perimitur

ta, sed ironice sive

1. Cor. 7. v. 36

suam suam commu

debet fieri: quid

monio.

Cic. Agrar. 2. 6

bris orueris, quoniam

niam commo dunt est

Pro Rosc. Qua p

pro dicere, pluribus

(iudices) conjectu

Reliqui impedi

Pro Flacco. Li

trouemus electos:

niam vicissim nos

C O

est, cum dictum

natur. Graece i

Notae ejus

fit ita, & sit

fatis autoribus

flagitiorum

rator, CICERO

Interdum Permissiōni Ironia miscetur, ut *Æn.* 4.

*Scilicet is superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat: neque te teneo, neque dicta refello:
I, sequere Italiam ventis: pete regna per undas.*

(Verba sunt Didonis ad Æneam, qui a Mercurio mandatum se accepisse ait, ut Carthagine cedat. Quem discessum Dido permittit quidem, verum non ex animi sententia, sed ironice sive simulate, cum libentius eum detinuisset.)

Exempla alia.

I. Cor. 7. v. 36. Caterum si quis aliquid indecerum in virginem suam committi putet, si florem ætatis excedat, & ita debet fieri: quod vult faciat: non peccat; jungatur matrimonio.

Cic. Agrar. 2. Si quid est quod indagaris, inveneris, ex tenebris erueris, quanquam iniquum est, tamen consume sane, quoniam commodum est, quoniam tu quidem attulisti.

Pro Rosc. Quæ posita sunt in suspicionibus, de quibus, si cæpero dicere, pluribus verbis sit differendum: ea vestris ingeniiis (judices) conjecturæque committo.

Reliqui impedimenta: sed cogita ipse quanto cum dolore.

Pro Flacco. Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, revocemus eiectiones: nimicæ pietatis & summi authoris in patriam vicissim nos pœnas (si ita Diis placet) sufferamus.

CAPUT XXXV.

C O N C E S S I O

est, cum dictum aliquod aut argumentum condonatur. *Græce dicitur παρομολογία.*

Notæ ejus præcipuæ sunt: *Esto, fac, sit sane, sit ita, & similes: ut Æneid. 10. Italiam petiit fatis autovibus, esto. Sit sacrilegus, sit fur, sit flagitiorum omnium princeps: at est bonus Imperator. CICER. Verr. 7.*

(Aliis Græce dicitur *συγχώρησις*. Et est, cum aliquid adversario vel auditori largimur, ut majus obtineamus, & reliqua magis exaggerari possint, Fab. lib. 9. cap. 2. *Concessio fit, scribit, cum aliquid, etiam iniquum videmur causæ fiducia pati.* Cicero permissionem & concessionem non distinguit, sed promiscue usurpat.)

1. Differt *Concessio* a *Permissione*, quod *permissio* est in factis: *Concessio* est in verbis, dictis & argumentis.

2. *Jucunditas* & *delectatio* est in *Concessione*, cum id concedimus, quod ei, cui conceditur, nocet, TALÆUS lib. 1. cap. 38.

(Fit hoc potissimum in contentionibus & disputationum controversiis: ubi quam sapissime thesis quæpiam adversario conceditur, quæ tamen causæ plus nocet, quam prodest. Exemplum Talæus profert ex *Orat. pro Ligari*. Habet igitur *Tubero* (quod est accusatori maxime optandum) *confitentem reum, sed tamen hoc ita confitentem, se in ea parte fuisse, qui te Tubero, qua virum omni laude dignum patrem tuum. Itaque prius de vestro delicto confiteamini necesse est, quam Ligarii ullam culpam reprehendatis.* Ubi Tullius Tuberoni adversario concedit, ut Tuberonem ejusdem fuisse partis ac sectæ affirmet, quo nil magis obesse ipsi potuit Tuberoni Ligarium accusanti, quod factionem Pompejanam fuisset secutus.)

Exempla alia.

Rom. II. v. 19. 20. *Dicis ergo: defracti sunt rami, ut ego insererer. Bene dicis. Per infidelitatem defracti sunt, tu autem fide stetisti.*

Cic. pro *Rosc.* *Ego aliena misericordia vivo. Concedo & quod animus æquus est, & quia necesse est: quid vis amplius? relinque mihi solum vitam.*

Pro *Marc.* *Concedit dignissimas laude esse Cesaris res bello gestas, ut clementiam ipsius & mansuetudinem eo magis exaggeret.*

geret. Quæ quidem
vix cuiusquam me
sed tamen sunt ali
Pro Arch. Ego
fuisse, & sine doct
per seipos & modo
ad attingo, supra
sine doctri quam
id est contend
accipit ratio
quis, quid præc
En. 7. Fletere
Non dabitur
Attrahere, atq
Quæ sunt verba
nos arcere non po
En. 4. Ego: 49

DE FIGUR:

I. FIGUR

quæ orationem
pietorem redd
(Enumerant v
vero plures, alii
nam in communi
velis, Hyperbole
nempe Climax,
na, Epanorthosis
natio, Concessio
positæ. Reliquæ
sunt, vel Gramma
Locorum Dialecti
æ quibus omnes
possunt, ideoque
finito proferenda
in legitime subje
figuræ in conscri

geret. Quæ quidem nisi ego ita magna esse fatear, ut ea vix cuiusquam mens aut cogitatio capere possit, amens sim: sed tamen sunt alia his majora.

Pro Arch. *Ego multos homines excellenti animo & virtute fuisse, & sine doctrina, naturæ ipsius habitu prope divino, per seipos & moderatos & graves extitisse fateor: etiam illud adiungo, sepius ad laudem atque virtutem, naturam sine doctrina quam sine natura voluisse doctrinam. Atqui idem ego contendo, cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quedam confirmatioque doctrinæ: tamen illud nescio, quid præclarum ac singulare scelere existere.*

Æn. 7. Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.

Non dabitur regnis (esto) prohibere Latinis:

Attrahere, atque moras tantis licet addere rebus.

Quæ sunt verba indignantis Junonis, quod Italia Trojanos arcere non posset.

Æn. 4. Esto: agrum nulli quondam flexere mariti, &c.

DE FIGURIS AMPLIFICATIONVM.

I. FIGURAE AMPLIFICATIONVM sunt, quæ orationem tam verbis, quam rebus locupletio-rem reddunt.

(Enumerant vulgo Figuras Amplificationum 34. alii vero plures, alii pauciores. Quarum tamen aliqua recte tum in communibus Troporum affectionibus, ut puta Auxesis, Hyperbole, Meiosis &c. cum in figuris dictionis, nempe Climax, & figuris sententiæ, videlicet Epiphonema, Epanorthosis sive Correctio, Profopopœia, Communicatio, Concessio, Occupatio, &c. a nobis fuerunt propositæ. Reliquæ vero vel genuinæ Rhetoricæ figuræ non sunt, vel Grammaticæ propriæ, vel argumenta Logica, vel Locorum Dialecticorum specialiora quæpiam sunt exempla, ex quibus omnes amplificationes etiam desumi debent ac possunt, ideoque secundum leges artium e Rhetoricæ confinio proscribendæ, & Grammaticæ Logicæque jurisdictioni legitime subiciendæ erunt. Nos, quia insignem hæ figuræ in conscribendis præcipue Orationibus & Oratorum

scriptis resolvendis usum habent, in gratiam studiosæ juventutis strictim easdem recensebimus, ordine Locorum Dialecticorum, ex quibus desumuntur, Logice hunc in modum procedentes.)

2. Suntque pro ratione materiæ subjectæ, e qua sumuntur, variæ: aliæ namque 1. sumuntur *ex causis*: aliæ 2. *ex adjunctis circumstantiis*: aliæ 3. *ex dissentaneis* (sive oppositis, contrariis & pugnantibus,) aliæ 4. *ex comparatis similibus & cognatis*: aliæ 5. *ex diversione*: aliæ 6. *ex genere*: aliæ 7. *ex definitione & descriptione*.

(Materia namque, ex qua amplificationes sumuntur, sunt argumenta inventionis, quos vulgo Locos Dialecticos vocitant. Iidem enim loci adhibentur alias ut argumenta, alias ut ornamenta: & sic, quod recte *Dn. Chytræus Rhet.* fol. mihi 428. e Melanchthone monet, & docendi ac confirmandi, & dilatandæ neque ornandæ orationis rationem suppeditant. Alii autem alios Locos, e quibus desumantur, tradunt. *Dn. Chytr.* in *Rhet.* proponit locos decem: enumeratis namque septem locis addit quatuor alios. 1. *Nomen*. 2. *Effecta* 3. *Subjecta*. 4. *Testimonia*. Omittit autem locum a Genere, qui tamen sub distributione generatim comprehendendi potest. *Matth. Dresserus elocut. Rhet.* fol. mihi 636. fontes sex ponit, 1. *Definitionem*. 2. *Devisionem*. 3. *Causam*. 4. *Similia*. 5. *Contraria*. 6. *Circumstantias*. Quem ordinem Locorum plerique imitantur, nisi quod alii Locum e Genere præsupponunt. Nos serie hac consueta immutata, ordinem Locorum Ramæum in juniorum gratiam sequi maluimus, liberum alioquin iudicium derelinquentes aliis.)

3. Figuræ amplificationum, quæ oriuntur **EX CAUSIS**, sunt: 1. *Ætiologia*. 2. *Translatio* five *μετάθεσις*.

(Vulgo faciunt tres: addunt enim Gradationem, de qua nos egimus supra *cap. 17.* vbi vide.

I. ÆTIO;

LIBR
I. A
est, cum causat
ita discedo, tan
domo. Commor
non habitandi a

(Sic si quis mi
veribus percipi, q
pterea quod Gra
Latina suis finibus
TA 1. Ætiologia
revertetur, & quib
logia subjicitur
nem exponimus,
quod honeste faci
fide, misericordia
suetudine, infirmit
suis, non meo, sed
suspensum patrem
cum utimur alia r
est particula PRA
nomici investigat
or: præsertim cu
negram non esse,
allegatur necessita
habet, ut: Illis t
lone, vobis neces
nihil reliquum. Li
Pauca.

II.
est, cum causa
griorem, aut n
vocatur μετάθε
centuriones, col
suum denunci

I. ÆTIOLOGIA

est, cum causam rei recitamus, ut: *Ex hac vita ita discedo, tanquam ex hospitio; non tanquam e domo. Commorandi enim nobis natura diversorium, non habitandi dedit.* CIC. de Senect.

(Sic si quis minorem gloriæ fructum putat ex Græcis verbis percipi, quam ex Latinis, vehementer errat: propterea quod Græca leguntur in omnibus fere gentibus, Latina suis finibus, exiguis sane, continentur. Ubi **NOTA** I. Ætiologia nihil interest ex quocunque loco causa recitetur, & quibuscunque ornamentis amplificetur. 2. Ætiologiæ subjicitur I. Δικαιολογία, cum aliquam officii rationem exponimus, aut excusationem, quod videlicet jure, quod honeste faciamus, ut: *adductus sum, Judices, officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo, veteri consuetudine, institutoque majorum, ut onus hoc laboris atque officii, non meo, sed ex meorum necessariorum tempore mihi suscipiendum putarem.* Cicero in Divin. in Verr. 2. ὑποδύον, cum utimur alia ratione, quæ priori præfertur, cujus nota est particula **PRAESERTIM**, ut: *Sed quoniam diligentis inimici investigatum est, quod latebat, constendum est opinor: præsertim cum meus necessarius C. Pansa fecerit, ut integrum non esset,* Cicero pro Q. Ligar. 3. Ἀναγκαιόν, cum allegatur necessitas, quæ singularem vim in deliberationibus habet, ut: *Illis timidus & ignavis esse licet, qui receptum habent, vobis necesse est, fortibus esse viris, quibus effugium nihil reliquum,* Livius in conc. Hannibal, lib. I. secundi belli Punici.

II. TRANSLATIO

est, cum causa alicujus rei confertur in locum digniorem, aut magis profuturum dicenti. Græcis vocatur μετασταις, ut: *Quamobrem illa arma, centuriones, cohortes, non periculum nobis, sed præsidium denunciant: neque solum ut quieto, sed etiam*

ut magno animo simus hortantur, neque auxilium modo defensionis meae, verum etiam silentium pollicentur CICER. *pro Milon.*

(Hic. Cic. per translationem in exordio Orationis pro Milon. disputat, praesidia & cohortes militum non contra Milonem, sed adversus factionem Clodii, pro communi tranquillitate dispositas esse. *Nota 1.* Μετάφρασις five translatio fere constat ἀναίρεται καὶ θεσει: Cic. *pro L. Manil.* Tamen hoc auditu laudis, non mea me voluntas, sed mea vitae rationes ab incunte etate prohibuerunt. 2. Translationi subjicitur χροῖμα five color & διαβολή Calumnia. COLOR est narratio, verisimiliter ficta, cum vel ex causis vel ex signis, vel aliis circumstantiis fingimus, quid aliquis opinetur, quid dixerit, quid fecerit, vel causam alicujus facti nobis commodam fingimus: Sic fingit Cicero Clodium dixisse triduo periturum Milonem, cum ipse ad Atticum scribat, triduo periturum Clodium. Sic Sinon apud Virg. utitur colore.

*Nam si vestra manus violasset dona Minervae,
Tum magnum exitium Trojae Priamoque futurum.*

— quo Dii prius omen in ipsum

Convertant Priami imperio, Phrygibusque futurum.

CALUMNIA est, cum recta dicta aut facta depravantur, ut: *Cum triginta dierum induciae factae essent. hostis noctu populabatur agros, quod dierum non noctium induciae essent.* Cic. *l. 1. Offic.* Ubi obiter observa: Colorem inter virtutes & ornamenta Orationis immerito referri, cum non figura, sed vitium sit, prodest tamen eo haec praecipua tradi, ut eam facilius agnoscere & odisse ac detestari possimus. D. Chytræus *Rhet.* fol. 455.

3. Figuræ Amplificationum EX ADIVNCTIS CIRCUMSTANTIIS sunt octo:

1. Topographia. 2. Chronographia. 3. Prosopographia. 4. Hypotyposis. 5. Pathopœia. 6. Ratiocinatio. 7. Digressio. (Παρέκθεσις) 8. Transfatio (Μεταθέσις.)

I. TO-

1. TO

est loci descriptio
nam esse Græcarum
Pulchres, &c. ci

Cum ergo tota ad
relini urbis, templi,
graphia dicitur. Sa
Babylonem, l. 2. 2.
scribit. Nota To
jannodi illustri est
Co. ad. 2. Verrin.

incommodis Sicilia
vinciæ dignitate,
roditia, que est fi
mi, apud Ovid. J
gia solis, lib. 2. I
Æneid. 6.

2. CHR

est temporis de
est placidum ca
tarras, &c.

(Talis descriptio
que prima quies m
Æneid. 4. Postera
natumque aurora
lib. 1. Od. 4. Solvit
Vides ut alta stet a

3. PRO

est descriptio pe
Scriptura de
Esber, &c.

(Sumitur autem
modis, affectibus
na. Ubi nota per

I. TOPOGRAPHIA

est loci descriptio, ut: *Urbem Syracusas maximam esse Græcarum urbium, sæpe audistis. Et ita Judices, &c. CIC. Verr. 6.*

Cum ergo tota alicujus loci facies spectanda dipingitur, veluti urbis, templi, collegii, regionis, montis, &c. Topographia dicitur. Sic *Herodotus l. 1.* regionem & urbem Babylonem, *l. 2.* Nilum fluvium & totum Ægyptum describit. Nota Topographiæ subicitur 1. *Χωρογραφία*, cujusmodi illustris est illa descriptio & laudatio Siciliae apud *Cic. act. 2. Verrin.* cujus initium: Atque adeo antequam de incommodis Siciliae dico, pauca mihi videntur esse de provinciæ dignitate, vetustate, utilitate dicenda, &c. 2. *Τοπογραφία*, quæ est ficti loci descriptio. Qualis est sedes somni, apud *Ovid. Metamorph. 11.* Domus famæ, *lib. 12.* Regia solis, *lib. 2.* Inferni & antri Sibyllini, apud *Virgil. Aeneid. 6.*

2. CHRONOGRAPHIA

est temporis descriptio, ut: *Æn. 4. Nox erat & placidum carpebant fessa soporem Corpora per terras, &c.*

(Talis descriptio noctis est, 2. *Æneid. Tempus erat, quo prima quies mortalibus agris, Incipit, &c. Auroræ, Æneid. 4. Postera Phœbea lustrabat lampade terras, Humentemque aurora polo dimoverat umbram. Veris, Horat. lib. 1. Od. 4. Solvitur aeris hyems, &c. Hyemis, l. 1. Od. 9. Vides ut alta stet nive candidum, &c.)*

3. PROSOPOGRAPHIA

est descriptio personæ vel veræ vel fictæ; Sic in *S. Scriptura* describitur persona *Jobi, Tobia, Esther, &c.*

(Sumitur autem descriptio a forma, habitu corporis, moribus, affectibus, studiis, aliisque bonis animi & fortunæ. Ubi nota perinde esse, siue personæ veræ siue fictæ, vel

vel rei mutæ aut incorporeæ, vel homini, mortua perſona, fermo, affectus, gestus affingantur: *de quo supra in Presopopœia diximus*: Sic Polyphemus *Æn.* 3. his verbis describitur:

Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum,

Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat.

Lanigæ comitantur oves, ea sola voluptas,

Solamenque mali, de collo fistula pendent.

Talis est descriptio Famæ, *Æneid.* 4.

Monstrum horrendum, ingens, cui quot sunt corpore plumæ,

Tot vigiles oculi subter, &c.

4. HYPOTYPOSIS

est, cum res ita oculis subjicitur, non ut narrari, sed geri videatur, ut: *Pf.* 7. v. 12. & seqq. *Deus justus judex, & Deus qui minatur per singulos dies, si non conversus fuerit impius, gladium suum acuit, arcum suum intendit, & direxit illum, & sibi paravit tela mortis, sagittas mortis, &c.*

(Hic quasi oculis subjicit formam Dei accincti & ad puniendum impios parati a gestibus variis 1. Dei minantis. 2. gladium stringentis. 3. arcum tendentis & collimantis. 4. tela mortis præparantis. Sic *Jer. Ibr.* 4. insigni hypotthesi describit faciem hominum fame laborantium & contabescentium 1. a denigratione formæ. 2. a cutis contabescentia. 3. comparatione ariditatis ligni. *Forma eorum, ait v. 8. sic denigrata est super carbones*: ut non agnosceretur in plateis: *cutis eorum vix ossibus hæret, & aridiores sunt ligno, &c.* Huc pertinet triumphus Christi super devictis hostibus suis, descriptus *Coloss.* 2. Idolorum descriptio, *Esa.* 44. 46, *Bar.* 6. Sic igitur hypotyposis aliud nihil est, quam repræsentatio, viva expressio, demonstratio ad oculum, subjectio sub aspectum, &c.)

5. PATHOPOEIA

est vehementiorum affectuum expressio, ut: *Nunquid obliviscetur mulier infantis sui, ita ut non misereatur filii uteri sui? etiamsi ista obliviscatur, ego tamen non obliviscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te. Esa. 49. v. 15.*

(Hic evidens est expressio plusquam paterni affectus & *σὸγῆς* Dei in dilectos suos. Ubi **NOTA** 1. Insigniores Pathopœias continere Exclamationes, Deprecationes, Vota, Ominationes, &c. de quibus *vid. supra cap. 16.* de Exclamatione. 2. Uti differunt *πάθος* & *ἦθος* affectus & mos: ita *καθόποιία* vehementiores: *ἠθόποιία* vero leniores affectus exprimit. 3. in Epilogo imprimis aspergenda hæc figura, ut animum audientis feriat & aculeos in eo relinquat. Sic Cicer. *pro Sext.* in fine: *Neque unquam puer hic (qui his lachrymis, qua sit pietate, declarat) amisso patre suo propter me, me ipsum incolumem videbit, nec quotiescumque me viderit, ingemiscet ac pestem suam & patris sui sese dicet videre.)*

6. RATIOCINATIO

est, cum ex affectu aut signo aliquo majus quiddam colligitur, ut: *Majores nostri, si quam unius peccati mulierem damnabant. simplici iudicio multorum maleficiorum convictam putabant. Cur ita? quoniam quam impudicam putarant eam veneficiz quoque damnatam existimabant, CIC. pro A. Cluent.*

(Dicitur alias etiam *Συμλογισμὸς*. Sic quanta fuerit Davidis erga immorigerum filium Absolonem pietas, inde colligitur, quod ipsum extremam etiam patri necem atrociter minitantem, tam anxie desiderarit, ut & plusquam lamentabili voce miserabilem ejusdem interneccionem deflexerit, 2 Sam. 19.)

7. DIGRESSIO Παρέκβασις

est, cum ad alienæ rei tractationem, utilitatem causæ concernentis extra ordinem excurrimus, ut: *Præsertim (non est repudiandus) cum olim studium atque ingenium contulerit Archias ad pop. Romani gloriam laudemque celebrandam. CIC. pro Arch.*

(Dicetur Græce etiam ἐκβολὴ λόγου declinatio a proposito. Sic *Homer.* lib. 2. *Iliad.* digreditur in descriptionem sceptri Agamemnonis extra institutam narrationem. *Virgil.* in fine l. primi *Georg.* facit παρέκβασις ad prodigia, quæ *Cæsari* mortem denunciarunt, &c. De hac nota I. Digressiones nec sint nimis crebræ, nec nimis longæ, ne extra oleas vagari & plura παράεργα quam έργα tractare videamur. *Post longicrem digressionem hæc adhibenda formulæ:* Sed ut eo redeam, unde digressus sum: sed redeo ad id, unde aberravit oratio: Sed ut eo, unde digressa est, referat se oratio: Sed quo dilabor? Revoco me ad id, quod propositum mihi est, &c. & similes.)

8. TRANSITIO (Μετέβασις)

est, cum breviter monemus, quid dictum sit, & quid dicendum restet, ut: *Habes de Vaticinio, cognosce de Crasso, CIC. pro L. Cornel. Balb. Habetis Imperatorum summorum & sapientissimorum hominum, clarissimorum virorum interpretationem juris ac fæderum: dabo etiam iudicem, qui huic questionis præfuerant.*

(Μετέβασις dicitur quasi transitio a loco ad locum. Ubi nota I. *Transitio* constat duabus partibus: 1. Ἀπαξιωμα, id est, brevi repetitione eorum, quæ dicta sunt. 2. Ἐπαγγελία & ἐφελῆσις, id est, promissione eorum, quæ restant dicenda, ut: *quoniam de genere belli dixi, nunc de magnitudine pauca dicam. Cicor. pro L. Manil. II.* Usus transitio-
num

LIBER

am est duplex, u
connectatur, ut 2.
tæ ingitur. III
etiam aliqu
sed jam hoc totum
patientissimas aures
jâburus juisse videt
ris his ampliatione
etiam Παύλου, qu
tioni infera, & vi
hanc eisd iudices
me in hoc genere di
ego hunc vidi, &c.
matica, ideo hoc in
parentthesis fit rera
ncteres ejusdem c
Non fit longior
Si plus iusto long
n alio exemplo pu
Parentesi vicina
ius membra divide
non in alterius man
quid possit is, curus
debeat facere: Vna
in & anxia interj
tius oratio in ius/a
5. Figuræ A
SEIS CONTRA
1. Contentio. 2
tatio. 3. Rejection.
(Vulgo decem e
memariis, addunt et
nathosin five corre
tationem. Sea hæc
loma, & in præceden

num est duplex, ut I. iisdem ceu catenis inter se oratio connectatur, ut 2. facilius intelligatur & firmiter memoria infigatur. III. Transitioni subicitur ἀποσυσσις, cum abruptim aliquem locum, & declinamus ad alia, ut: *Sed jam hoc totum omittam, non tam, ut ne offendam tuas patientissimas aures, quam ne Tubero, quod nunquam cogitavit, facturum fuisse videatur.* Cicero. pro Q. Ligario. IV. Alii figuris his amplificationum ex circumstantiis desumptis adiciunt etiam Παρεπίθεσις, quæ est interpositio declarandi causa Orationi inserta, & virgulis utrinque notata, ut: *Quoties ego hunc vidi iudices (utar enim vestra benignitate, quoniam me in hoc genere dicendi tam diligenter attenditis) quoties ego hunc vidi, &c.* Cicero. pro Archia. At figura est Grammatica, ideo hoc in loco aliena. De Parenthesi **NOTA I.** Parenthesis fit rara & brevis. Orationem divellit, & characteres ejusdem crebrius positi Orationem deformant. 2. Non fit longior, quia Orationem obscurat & implicat. 3. Si plus justo longior fuerit, adhibenda est repetitio: ut in allato exemplo pro Archia: *Quoties ego hunc vidi, &c.* V. Parenthesi vicina Ἐπεμβολὴ interpositio quædam, mollius membra dividens quam parenthesis, ut: *Omnes, quorum in alterius manu vita posita est; sapius illud cogitant, quid possit is, cujus in ditione ac potestate sunt, quam quid debeat facere: Vitanda autem in Epemolis minuta subtilitas & anxia intersecandi interponendique verba affectatio: alias oratio insulsa reddetur & distorta &c.*

5. Figuræ Amplificationum ex **DISSENTANIS CONTRARIIS** sunt septem:

1. Contentio. 2. Commutatio. 3. Inversio. 4. Communicatio. 5. Reversio. 6. Paradiastole. 7. Anthypophora.

(Vulgo decem constituunt figuras amplificationum ex contrariis, addunt enim enumeratis his seqq. nempe 1. Epianorthosin sive correctionem. 2. Occupationem. 3. Concessionem. *See has cum Talæo inter figuras sententiæ retulimus, & in precedentibus declaravimus. Vid. c. 27. 33. 35.*)

I. CON-

I. CONTENTIO (Αντιθεσις)

est, cum per contraria amplificamus aliquid, ut: *Regum & Principum arcana celare honestum est: Dei vero opera proferre præclarum est*, Tob. 12. 7.

(Græce dicitur *αντιθεσις* contrariorum oppositio, cum scilicet oratio orationi opponitur. Talis antithesis est Psal. 1. Ubi fortunam impii opponit fortunæ pii. 2 Cor. 4. ubi momentaneæ afflictionis levitas immenso ponderi æternæ gloriæ opponitur. Phil. 3. ubi iustitia fidei opponitur legali. Nota 1. Anthithesis fit vel in singulis verbis, ut: *Copia cum egestate, bona ratio cum perdita: mens sana cum amentia; bona denique spes cum omnium rerum desperatione confugit* Cic. *Catil.* 2. Vel in orationibus integris, ut: *Carum esse civibus, bene mereri de Republ. laudari, coli, diligere gloriosum est: metui vero & in odio esse & invidiosum, detestabile & imbecillum* 2. Antithesi subjicitur *εσθως*, cum paria paribus, crebra crebris respondeant, ut: *Quemadmodum benignis usus est ad commodandum: sic ipse diligens fuit ad reportandum.* 4. in *Verr.* 3. Aliquando venuste antitheta plura congeruntur, ut: *Spiritus S. in labore requies, in æstu temperies, in fletu solatium, in Hymn. Pentecostali.* Quandoque mirando temperamento conjunguntur, ut: *Nascentes morimur fœtisque ab origine pendet.* Manil. *Gloria efficit, ut absentes adsumus, mortui vivamus,* Cic. *pro leg. Manil.* 4. Amplificatio per contraria variis modis institui potest, vel 1. cum sic contraria conferimus, ut utrumque majus & evidentius appareat: ut si ad sobrietatem adhortationem instituens, e contrario, quam enorme sit vitium ebrietas, ostendat, vel 2. cum quæ omnium opinione gravia sunt, & a nobis exaggerata, rursus extenuantur & conferuntur cum eo, quod augeamus: ut, si quis ab impietate dehortetur, enumeratis ejus incommodis subjiciat: Quid his deterius? quid homini nocentius? At tamen hæc nulla omnino videbantur, ubi ad æterni illius opprobrii & detrimenti, quod omnes impios certo certius manebit, conferentur, &c. 5. *Antithesis servat perspicuitati.* Contraria siquidem juxta seposita magis illucescunt. Hinc illud *Baldi Icti*, in l. precibus est. C.

de

de impub. & aliis
contraria transit.)

2. COMM

est, cum contri
ponuntur, ut: 1

vere possit. Item
frum est, non bon

(Dicitur etiam
in priori exemple

pos. 2. Edas, 4
stam prioris fir

cato prioris fir

cesser domi, ut
dominatu servit

Deict.)

3. IN

est, cum ostendi
tom, quod con

Math. 15. v. 2

Syrophœnissan

iliorum & obja

com canes come

dominorum suon

(Huc pertinet di
pat. Khat. 1. in bell

Episcopo Gurcenti,
Venerat ut Vener

Sed videtur
Quod Episcopus hu
Venerat ut Vener

Novicius,
Spirdion, Episc

quod Christianus esse
viti caribus: de
Temp. lib. 2. cap. 10

de impub. & aliis substit. 10. *Ferro viam aperit, qui per contraria transit.*)

2. COMMUTATIO ('Αντιμεταβολή)

est, cum contraria inter se permutantur & transponuntur, ut: *Non vivas, ut edas, sed edas, ut vivere possis.* Item *Sabbatum propter hominem factum est, non homo propter Sabbatum,* Marc. 2. v. 27.

(Dicitur etiam Meláθεσις Transpositio contrariorum. Sic in priori exemplo sunt contraria duo: 1. Non vivas, ut edas. 2. Edas, ut vivas. Hæc si transponuntur, ut subjectum prioris fiat prædicatum posterioris: & ex prædicato prioris fiat subjectum posterioris. Cic. 1. *Offic. Possessor domus, non domus possessori dignitatem afferet.* Fit in dominatu servitus, & in servitute dominatus. Cicer. *pro Dejot.*)

3. INVERSIO ('Αντιστροφή)

est, cum ostendimus pro nobis facere argumentum, quod contra nos detorquetur. Sic *Christus Matth. 15. v. 26. 27. cum dixisset ad mulierem Syrophœnicissam: Non est honestum sumere panem filiorum & obijcere catellis: Illa invertit: Imo, etiam canes comedunt de micis cadentibus a mensis dominorum suorum.*

(Huc pertinet distichon, quod Veneti, citante Dressero Elocut. Rhet. l. 1. in bello cum Maximiliano l. de Matthæo Longo Episcopo Gurcensi, misso ad faciendam pacem, sparserunt:

Venerat ut Venetos Gurcensis perderet auro;

Sed victus Dominum perdidit ille suum.

Quod Episcopus hunc in modum conuertit:

Venerat ut Venetos Gurcensis perderet auro:

Non victus, Venetos perdidit & Julium (Papam.)

Spiridion, Episcopus, cum quidam nollet vesci carnibus, eo quod Christianus esset: Imo, inquit, quia Christianus es, debes vesci carnibus: *Mundis enim omnia sunt munda.* Histor. Trip. lib. 2. cap. 10.

(Nota: Habet hæc figura locum magis in colloquiis, quam in Orationibus.)

4. COMMUNICATIO (ΣΥΝΟΙΚΕΙΩΣΙΣ)
est, cum idem contrariis tribuitur, ut: *Avavo tam deest quod habet, quam quod non habet.* Hieron. ad Paulin. Tom. 3. p. 10. *Qui non defendit, nec obsistit injuriæ, si potest: tam est in vitio, quam si parentes aut etiam amicos aut patriam deserat,* c. c. de Offic.

(Alii definiunt conjunctionem diversarum rerum in uno subjecto seu persona, ut: *Tam nocet homini abstinentia, quam luxus, nisi modus utrobique servetur.* Hic duæ res diversæ, abstinentia & luxus, junguntur in uno subjecto, nempe in homine)

5. REJECTIO (Ἀποδιωξις)
est, cum aliquid rejicimus tanquam indignum & intempestivum, ut: *Sed de Lucullo alio dicam loco, & ita dicam, ut neque vera laus ei detracta Oratione mea, neque falsa afflictæ esse videatur.* c. c. pro L. Manil.

(Nota 1. Ἀποδιωξις utimur, si quando leve aliquod argumentum eludimus, quod agitatum causam suspectam redderet, incurrunt namque in bonas causas quandoque loci duriores, quos non prodest agitare. 2. Notæ ejus plerumque sunt: *Sed de his hæc ita. Sint hæc ita. Verum hæc ad rem nihil. Mittamus isthæc. Desinamus scutaris ea, que sunt inania. Quid ista ad rhombum? &c.)*

6. PARADIASTOLE
est, cum aliquid ita conceditur, ut vicinum quoddam detrahi possit, ut: *Veritas premi potest, opprimi non potest.*

(Paradiastole est, quasi proprie distinctio. De qua Nota. Paradiastoles sunt duæ partes, quarum priore aliquid conceditur, posteriore detrahitur vel negatur, ut: *Esto, sine bona opera homini Christiano necessaria: attamen salutis non* *fra*

LIB.
fra neque causa
na opera esse nece
7. A

est, cum obje
tæ oppositio
victurum, qua
sipienter sperat.
ta pro certis bi
quid speret, ba
tione quam ada
jam consecutus

(Dicitur etiam
satis, quia tollit
cujus exemplum
stos Pharisæis qua
sponder: Int-rogat
nis unde erat? ex
sist Anthypophor
teira ob-echoni
cellione & Paradi
culatoris: Anthyp
stati definitivo)

Hiscæ figuris ad
thi vocant que el
Ultima Tarqui

Regna, i
Sic nos Germani
taly. Et ist ge
5. Figuræ an
SIMILIBVS su
tatio.

(Vulgo faciunt
qua nos diximus si

I.
est contrarioru
Cognovit bos p

stra neque causa neque meritum esse possunt. Hic concedo, bona opera esse necessaria, ac meritum salutis detraho sive nego.)

7. ANTHYPOPHORA

est, cum objectio refutatur per contrariæ sententiæ oppositionem, ut: *Sperat adolescens, diu se victurum, quod sperare idem senex non potest. Insipienter sperat. Quid enim stultius, quam incerta pro certis habere, falsa pro veris. At senex ne quid speret, habet quidem. Au est eo meliore conditione quam adolescens, cum id, quod sperat ille, hic jam consecutus est. CIC. in Cat. Maj.*

(Dicitur etiam Græce Ἀντιπαράλογος, Ἀντιπαράλογος compensatio, quia tollit quæstionem opposito argumento firmiori, cujus exemplum habemus *Matth. 21. v. 23. 24.* ubi Christus Phariseis quærentibus: *Quis potestate hoc facis? Responder: Interrogabo & ego vos quiddam: Baptismus Johannis unde erat? ex cœlene, an ex hominibus? Nota 1. Differt Anthypophora ab Occupatione, quia hæc respondet tacitæ objectioni, illa expressa Orationi; 2. Differt a concessione & Paradiastole. Paromologia sive concessio est accusatoris: Anthypophora est defensoris: Paradiastole est ex statu definitivo.)*

Hiscæ figuris addunt nonnulli CRAMA (uti cum *Eustathio* vocant) quæ est laus Vituperio commista, ut: *Ovid. in Fast.*

Ultima Tarquinius Romanæ gentis habebat

Regna, vir injustus foris ad arma tamen.

Sic nos Germani dicimus: *Er ist gelehrt, aber eine Sau dabey. Er ist gelehrt, aber verkehrt.*

5. Figuræ amplificationum ex COMPARATIS SIMILIBVS sunt duæ. 1. *Comparatio.* 2. *Sermocinatio.*

(Vulgo faciunt tres, addunt enim Profopopœiam, de qua nos diximus sup. cap. 30.)

I. COMPARATIO

est contrariorum & differentium collatio, ut: *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe*

domini sui, Israel autem me non cognovit, Esa. 1, v. 3.

(Græce dicitur Σύγκρισις, item παράδεισις, Ἀντιπαράδεισις, Ἀντιπαράβολη. Huic subjiciuntur 1. *Loci Dialectici*, a Paribus & Imparibus, Majori & Minori. Quæ sic tractanda, ut quæ paria videntur aut etiam minora demonstrantur per circumstantias & argumenta esse majora. 2. *Similitudo quousis*, quæ est res minus notæ, per notiores demonstratio, ut: *Quemadmodum poma ex arboribus, si cruda sunt, velluntur; si matura & cocta, decidunt: sic vitam adolescentulis vis auferit, senibus maturitas.* Cicer. in *Cadmeis de Senectute*. 3. *Similitudinis species tres*: 1. *Icon* sive imago. 2. *Parabola*. De quibus diximus sup. c. 3. 3. *Paradeigma sive exemplum*, quod est rei gestæ vel tanquam gestæ ad aliquid persuadendum vel illustrandum commemoratio, ut: *Antenor potuit, Lybicus ereptus ab undis.* Æn. 1. Verum hæc mere Logica sunt. In comparationibus vero, quæ Oratori attendenda, pluribus regulis e Cicerone docet Dn. Chytr. Rh. fol. (mihi) 475. & seqq. ubi vide.)

2. SERMOCINATIO

est, cum Orator ipse secum disputat, & quasi duorum colloquentium personam sustinet, ut: *Exheredare filium voluit? Quam ob causam? nescio. Exheredavitne? Non. Quis prohibuit? cogitabat. Cogitabat? cui dixit? Nemini.* Cic. pro *Rosc.*

(Vulgo definiunt, quod sit, cum Orationem personæ alicui congruentem tribuimus. Faciunt itidem ejus species duas, ἡδωποσίαν, cum alicujus personæ loquentis mores & effectus exprimuntur; ἰδωλοποσίαν, cum quis a morte vel inferis excitatus loquens introducit. Prisciano est simulacri fictio. Verum omnia subjiciuntur *Prosopopæia*, de qua diximus sup. cap. 30. ubi vide.)

6. *Figuræ amplificationum ex DIVISIONE* sunt tres: 1. *Distributio*. 2. *Congeries*. 3. *Incrementum*.

I, D I

LIB
1. DIS
est, cum totum
tius explicatur
Principum aut
filia repudiantur
gibus regi.

(Hic enim est
tes sive membra
ducitur. Quando
subjectum per em
adjutorum sive
Ubi NOTA 1. I
primarias & neces
multuaria verboru
mus. 2. Distributi
tio, cum rei subje
tis, quo erant his
secunda suam hanc
nota ut plurimum
pis, cum ad aliqu
Roscio non modo
tem, Cic. pro R
sed etiam.)

2. CON
est, cum plura
sunt (gentes)
avaritia, malit

(Hic Paulus lo
Sicut & Galat. 5.
que sunt fornicati
citur etiam Græ
fert ab Increment
in illa vero velut

I. DISTRIBUTIO (Μερισμός)

est, cum totum aliquod diducendo per partes latius explicatur, ut: *Tota Respubl. periclitatur, Principum auctoritas labefactatur, Optimatum consilia repudiantur, plebs non patitur, se jure an legibus regi.*

(Hic totum est Rempubl. periclitari, id per subjectas partes sive membra, Principes, Optimates, plebem latius diducitur. Quodcumque ergo vel genus, vel totum, vel subjectum per enumerationem specierum vel partium, vel adjunctorum sive accidentium dilatatur, Μερισμός dicitur. Ubi **NOTA** 1. In distributione cavendum, ne partiendo primarias & necessarias partes temere negligamus, aut tumultuaria verborum congerie ordinem partium confundamus. 2. Distributioni subjicitur, 1. Ανάλυσις, quæ est partitio, cum rei subjiciuntur suæ causæ, ut: *Diuturni silentii, quo eram his temporibus usus, partim dolore, partim verecundia suam hodiernus dies attulit.* Cic. *pro Marc.* Ejus nota ut plurimum est adverbium PARTIM. 2. Επιμερισμός, cum ad aliquam rem alia quædam res adjungitur, ut: *Roscio non modo luctum mors patris attulit, sed etiam egestatem,* Cic. *pro Rosc.* Ejus notæ sunt particulæ non solum sed etiam.)

2. CONGERIES (Συναθροισμός)

est, cum plures species coacervantur, ut: *Plenæ sunt (gentes) injustitia, scortatione, improbitate, avaritia, malitia, &c.* Rom. 1. v. 29.

(Hic Paulus longa congerie gentilium scelera exponit. Sicut & Galat. 5. v. 19. & sqq. *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c.* Dicitur etiam Græce Επιρροησις, Latine frequentatio. Differt ab Incremento, quod in hoc per gradus crescit Oratio: in illa vero velut acervo.)

3. INCREMENTUM (Ἀνάβασις)

est, cum per gradus ab infimis ad summa imus, ut: *Facinus est vincire civem Romanum, scelus verberare, prope parricidium necare: quid dicam in crucem attollere?* Cic. in *Verr.*

(Sic Julianus Apostata de libro Apollinarii ad se scripto dixit Ἰ. Ἀνέγνω, ἔγνω, κατέγνω, legi, intellexi, damnavi, Nicephor. lib. 10. cap. 15 *Histor. Eccl.* NOTA 1. Dicitur etiam incrementum, cum non ejusdem significationis verba & sententias jungimus, ut: *quæ est ista tam impudens, tam crudelis, tam immoderata humanitas?* Cic. pro *Dejot.* 2. In incremento semper posterius sit ἐμφαικώτερον prior, ut: *Mors est transitus de labore ad refrigerium, de expectatione ad præmium, de agone ad brabeum, de fide ad notitiam, de morte ad vitam, de peregrinatione ad patriam.* 3. Interdum per ὑσερολογίαῖν invertitur ordo in hac adscensionis figura, ut: *Quæ omnia in Senatu illustrata, patefacta, comperta sunt per me.* Prius enim comperimus, deinde patefit & illustratur. 4. Interdum Incrementum fit implicite, cum prætermissis inferioribus additur summo aliquid præstantius, ut: *Inter universos homines nullus Johanne Baptista sanctior, Christum semper excipio.* 5. Interdum solum extremum & maximum sumitur, ut: *Matrem tuam occidisti. Quid dicam amplius? matrem tuam occidisti.*

7. Figuræ Amplificationum ex GENERE sunt tres: 1. *Assumptio.* 2. *Sententia.* 3. *Noema.*

(Vulgo addunt quartam, nempe *Epiphonema*, de qua egimus supra de Exclamatione c. 26. ubi vide.)

1. ASSUMPTIO (Πρόσληψις)

est, cum ad definitum assumitur indefinitum, ut: *Sed cum de illo labore, tum de multis amplissimis viris,* pro L. Manil.

(Græce etiam dicitur περιβολή. Latini etiam *circumductio-nem* nominant, cum scil. ad speciem assumitur genus. NOTA. Locum fere habet in Exordiis.)

2. SEN.

LIBE

2. SEN

est dictum brevibus aut dictum
ret, ut: Sinceru
dis, accescit. HO

(Virg. 6. Æn. Di
Pla

Et profect: Deu
T

Obsequium ami
Id

Omnia prius ex

Cic. in Orat. ad
acciderit, id est, si

(Varias sententia
Rhet. fil. (mih) 49

sentia a genere, vi
dentia & similibus

num. 2. Proverbia
la, clarorum viro

Nosce tempus, C

Radices virtutum
quia a γινωσκ. Ha

constare facto, ut
sem, paulum se con

Conducant sententia
lectandum. 3. ad m

denique 5. cavend
vestis gemmis disten

est, cum senten

sona, de qua ag

tum sacra Roma
scipit, jam tum

2. SENTENTIA (Γνωμη)

est dictum breve, quod aut præceptum de moribus aut dictum de communi vitæ cursu continet, ut: *Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis, acescit.* HORAT. l. 1. epist. 2.

(Virg. 6. Æn. *Discite justitiam moniti, & non temnere divos,*
Plaut. in Captiv. Act. 2. Sc. 2.

Est profecto Deus, qui quæ nos gerimus, auditque & videt.
Terent. Andr. Act. 1. Sc. 1.

Obsequium amicos, VERITAS edium parit.
Idem in Eunuch. Act. 4. Sc. 7.

Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.

Cic. in Orat. ad Brut. *Nescire, quid antea quam natus sis, acciderit, id est, semper esse puerum.*

(Varias sententiarum divisiones, vid. apud Dn. Chytræum *Rhet. fol. (mihi) 490. & seqq.* NOTA 1. Sumuntur sententiæ a genere, videlicet a loco communi, a virtute, prudentia & similibus. 2. *Ad sententiam pertinent* 1. *leges νόμοι.* 2. *Proverbia παροιμια:* 3. *χρηια, χρησεις, ἀποφθέγματα,* clarorum virorum dicta. *Qualia Solonis γνώρι: σεαυτὸν, Nosce teipsum;* *Cleobuli: Medium tenuere beati:* *Catonis Radices virtutum amara, fructus dulces, &c.* 3. Differt *χρηια* a *γνώμη.* Hæc solis verbis constat, chria potest etiam constare facto, ut: *Pythagoras quo ostenderet vitæ brevitate, paulum se conspicuum dans, mox iterum abscondidit:* 4. *Conducunt sententiæ* 1. ad probandum & ornandum. 2. ad delectandum. 3. ad mores significandos. 4. ad commovendum, denique 5. cavendum, ne nimium sint crebræ. *Honestior est vestis gemmis distincta, quam tota gemmis operta.*

3. NOEMA

est, cum sententia, non generaliter, sed cum persona, de qua agitur, conjuncta effertur, ut: *Hæc tum sacra Romulus una, & omnibus peregrina suscepit, jam tum immortalitatis virtute partæ, ad*

quam eum sua fata ducebant, fautor. Sententia est, omnes immortalitatem affectamus.

(Differt 1. *νόμια* a *sententia*. Hæc generaliter effertur cirra personæ aut rei respectum; illud non nisi respectu personæ aut rei, de qua agitur, ut: *Josephum nihil magis ornat, quam castitas*: Noema est. *Nulla virtus magis ornat juvenem, quam castitas*: Sententia est. Differt 2. ab *Epiphonemate*. Nam & hoc effert sententiam generaliter; illud autem non nisi specialiter.)

8. Figuræ amplificationum ex DEFINITIONE sunt tres: 1. *Epexegetis*, Interpretatio. 2. *Expolitio*. 3. *Definitio*.

(Vulgo addunt quartam, Auxesin scil. de qua nos egimus supra in generalibus Troporum affectionibus *cap. 2.* ubi vide.)

1. EPEXEGESIS, INTERPRETATIO est, cum multa verba ferme Synonyma conjungimus, aut Orationem Oratione exponimus, ut: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex omnibus viribus tuis, &c.* Luc. 10. v. 24.

(Dicitur hinc etiam Græce *Ευωνυμία*, Fabius congeriem verborum. Vulgo *Interpretationem* nominant. De qua
NOTA 1. In Synonymia verba idem per se significantia sic connectantur, ut sequens semper sit interpretatio præcedentis. 2. Semper vox sequens sit *εὐφαινωτέρα* significantior & ponderosior, ut: *Abiit, excessit, evasit, erupit.* Cat. 1. *Turca crudeliter trucidant & mactant infantes.* 3. *ἑρμηνεία* sive interpretatio proprie dicitur, cum quis ipse verba sua obscuriora explicat.)

2. EXPOLITIO (*ἐξεργασία*) est, cum eandem sententiam commutatis verbis explicamus & illustramus, ut: *Beatus vir, qui non abiit in consilium impiorum, & in via peccatorum*

torum non stetit
dit: sed in leg

Pfal. 1. v. 1. 2.

(Hic Psalmista

beatum facere no

quid facere oportet

Enarratio. NO

in aliqua re comm

ratione diu detinet

mi possunt ex loci

trariis, exemplis,

abst. inanis verbo

Oratio sit molesta

subiicitur I. *triqua*

mur: & idem argu

ut Cic. pro Deiot.

notis mores, acia con

mani nomen andro

virtus, fides non

quod intervallum

ser, si ejus viri a

gorem *εξεργασίας*

ru. Ad cum *igitur*

telis.)

est copiosior re

ac pervagata m

ves, vel in patr

fama meritorien

(Differt a Definitio

tem ex causis essent

berius & ad com

sum accomodat

que argumentis e

vel dicta pro re

Ha

torum non stetit, & in cathedra derisorum non sedit: sed in lege Jehovæ meditatur die ac nocte, Psal. I. v. I. 2.

(Hic Psalmista non tantum docet negative, quid virum beatum facere non oporteat, sed etiam per expolitionem, quid facere oporteat, explanat. Dicitur Græce etiam ἐξήγησις Enarratio. **NOTA I.** Expolitione utimur, cum prodest in aliqua re commorari ac auditorem in ejusdem consideratione diu detinere. 1. Expolitionis amplificationes desumi possunt ex locis variis, imprimis autem a similibus, contrariis, exemplis, cognatis, effectis &c. 3. In expolitione absit inanis verborum, ne vel ob prolixitatem nimiam Oratio sit molesta, vel ob brevitatem obscura. 4. Eidem subjicitur I. ἐπιμονή, commoratio, cum in eodem loco immoramur: & idem argumentum aliis atque aliis verbis tractamus, ut Cic. pro Dejot. Nota est tibi, C. Cæsar, hominis probitas, noti mores, nota constantia: cur porro, qui modo populi Romani nomen audivit, Dejotari probitas, integritas, gravitas, virtus, fides non sit audita? 2. ἀνακοίνωσις cum post aliquod intervallum ad eandem rem redimus, ut: Ignosce Cæsar, si ejus viri auctoritati Rex Dejotarus cessit. Hic post longiorem ἐπιμειβολήν (interpositionem) tandem utitur ἀνακοίνωσει. Ad eum igitur Rex Dejotarus venit hoc misero fatalique bello.)

3. DEFINITIO

est copiosior rei descriptio, ut: *Gloria est illustris ac pervagata multorum ac magnorum vel in suos cives, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum.* Cic. pro Marc.

(Differt a Definitione Dialectica. Hæc enim stricte & presse rem ex causis essentialibus explicat: Rhetorica vero definitio uberius & ad commune iudicium popularemque intelligentiam accommodatior, Cic. I. in Orat. rem ex aliis quibuscunque argumentis explanat. Atqui hæc hæctenus quasi ἐν παρόδῳ dicta pro re nata sufficient.

Hæctenus de Elocutione, sequitur

RHE.

R H E T O R I C Æ
LIBER II.

D E A C T I O N E .

CAPUT I.

ACTIO est apta elocutionis enunciatio.

(Definitum est ACTIO sic ab agendo dicta, *notatione a* *subjecto*, quia præcepta præscribit ac continet, quomodo Oratio artificiose conscripta, & troporum atque figurarum luminibus decore exornata, convenienti vocis, vultus & gestus moderatione sit peragenda sive enuncianda. Cujus quidem usus in communi dicendi genere ac munere Oratorio est omnium præstantissimus & vel maxime necessarius, cum Actio, quod ex Cic. lib. de Oratore postremo refert Tullius lib. 2. Rhet. cap. 1. in dicendo una dominetur, & sine hac summus Orator esse in numero nullo possit: mediocris hac instructus summos sæpe superarit. Id quod constat exemplo *Hortensii*, cujus Oratio in dicendo vehemens fuit & accurata, scripta non item: & *Balbæ*, qui longe melius dixit, quam scripsit, teste Cic. in Br. Ipsi etiam Demosthenis dicendi alioqui Magistri, in quo quod Val. Maximus l. 13. c. 10. in fine, de ipso fert judicium. magna pars Demosthenis abest, quia legitur potius, quam auditur. Quo de videatur Claud. Minos. in comm. sup. c. 2. l. 2. Rhet. Tullii. Et quidem verissime. Nam in voce, vultu, gestu & omnibus, quæ sunt actionis, inest quædam vis natura data. Cic. 3. de Orat. quare etiam hac imperiti, hac vulgus, hac denique barbari maxime commoventur. Verba enim neminem movent nisi eum, qui ejusdem linguæ societate conjunctus est, sententiæque sæpe acutæ, non acutorum hominum sensus prætervolant: Actio autem, quæ præ se motum animi fert, omnes movet: iisdem enim omnium animi motibus concitantur, & eos iisdem notis & in aliis agnoscunt, & in se ipso judicant. Voell. gen. artific. comp. Orat. cap. 17. id quod exemplo Theodori Tragicæ histrionis Aristoteles tr. de arte dicendi ad Theodect. & lib. de Poetis ostendit, cujus actionem cuivis Oratori oportet. Vide Claud. Min. alleg. loc. Actionem Fabius ut plurimum *Pro-*
nun-

LIBER II
nunciationem nomi
ni Kamzi. At inco
Cum actio non in
mam fit ore & voc
Definitio. Definitio
Genus omnium sub
Forma subjecto exp
quia in Oratore ve
enunciatio. Act
enunciatio, ad exp
dam, qui in conven
tius & gestus moder
eloquendi comes &
stans e voce atque
Orat. & in Orat. ad
ho est ex rerum &
ratio, 1. de Invent
sus moderatio cum
dices: Actio est po
nuncianda. De a
pta duntaxat quam
traditis etiam veri
petua & inviolata
are velle.)

1. Consistit
gestus.

(Divisio hæc Act
tur autem a Fabio
nium & oculorum
reat, altera (gestus
omnis fere cognitio
in Orat. perfect. ub
Primum autem in
(quia vox est una, q
sistinet. Cicer. 1.
convenet. 3. de Orat.

enunciationem nominat, quem sequitur Talæus & in communi Ramæi. At inconvenientius est nomen, cum sit angustius. Cum actio non in sola pronuntiatione consistat, quæ potissimum fit ore & voce, sed & vultu & gestu perficiatur. *Hæc de Definito.* Definitio ipsa constat forma sive differentia specifica. Genus omissum subintelligitur, (altera) scilicet Rhetoricæ pars. Forma subjecto explicatur quale est, Elocutionis enunciatio, quia in Oratione venuste tropis & figuris exornata, legitime enuncianda, Actio tota occupatur. Dicitur autem *apta* enunciatio, ad exprimendum scilicet legitimum ejusdem modum, qui in convenienti non solum pronuntiationis sed & vultus & gestus moderatione consistit: Unde & a Cicerone Actio eloquendi comes & quasi corporis quædam eloquentia constans e voce atque metu, item sermo corporis dicitur, 3. de Orat. & in Orat. ad Brut. ab eodem sic definitur: *Pronuntiatio est ex rerum & verborum dignitate vocis & corporis moderatio*, 1. de Invent. & *Pronuntiatio est vocis & vultus & gestus moderatio cum venustate* lib. 1. ad Heren. Si mavelis, sic dices: *Actio est posterior Rhetoricæ pars de elocutione apte enuncianda.* De aliis anxie hic non disputabimus. Præcepta duntaxat quam brevissime notabimus. Præsertim cum eruditis etiam veris supervacaneum videatur constantia, perpetua & inviolata Actionis præcepta præscribere & inculcare velle.)

CAPUT II.

I. Consistit Actio in moderatione vocis & gestus.

(Divisio hæc Actionis bimebris est a subjecto. Traditur autem a Fabio l. II. c. 2. & ab eodem objectis duobus aurium & oculorum illustratur, quod pars (vox) aures moveat, altera (gestus) oculos, ut per quos sensus ad animum omnis fere cognitio perveniat. Habetur eadem apud Cic. in Orat. perfect. ubi Actionem constare dicit voce & motu. Primum autem in Actione sibi locum jure vendicat vox: Quia vox est una, quæ maxime eloquentiam commendat vel sustinet. Cicer. 1. de Orat. & Actionis maximam partem obtinet. 3. de Orat.)

II. Vo-

H. Vocis moderatio 1. in pronunciandi æqualitate 2. in varietate perficitur.

(Vocis equidem mutationes totidem sunt, quod animorum, qui maxime voce commoventur. Itaque Orator quem a sese affectum videri & animum audientis moveri volet, ita certum adinovebit sonum. Quomodo vero ad animum auditoris commovendum informanda vox, id vel difficile est in specie præscribere, vel inutile, cum cuius vox sua naturalis, quæ consuetudine quotidiana assuefacta difficulter immutari & certis legibus adstringi potest. Dico *difficulter*, cum exercitatio sedula, quicquid est pravæ assuefactionis, adscititia quasi arte tollere aut emendare possit. Quin & Demosthenem *ισχυροφωνία*, vocem tenuem studio & usu emendasse historiæ referunt. Generalia interim ea de re præcepta præscribi possunt, & pro re nata a quovis dicendi perito attendenda. Eaque nos cum *Fab. lib. 11. cap. 3.* ad duo generalia capita reduximus, *pronunciandi scilicet æqualitatem & varietatem*, ad quæ specialiora, alia quæ ab aliis operose inculcantur, revocari possunt.

III. Æquabilitas in paribus sermonis spatiis ac sonis consistit.

Itaque

1. In pronunciatione non miscenda longa brevibus, gravia acutis, elata submissis, sed æqualiter omnia proferantur.

Sic enim sermo subsultaret imparibus spatiis & sonis, & inæqualitate horum omnium tanquam pedum claudicaret, sicut *Claud. Minos ex Fab. alleg.*

2. Pronunciatio sit clara sive expressa, distincta, expedita, tarda.

(*Clara*, ut ab omnibus audiri possit. *Distincta*, ut singulæ partes sententiæ & clausulæ dignosci possint. *Expedita*, ut absque hæsitacione & impedimento proferre possint. *Tarda*, ut res, de qua verba facienda, penitus apud animum cogitata, & significantius efferri, & melius ab auditoribus percipi & vehementius eosdem movere possit. *Præ-*

sipi-

ipiantia haud
non parum sapient
Ciceronem tardial
ca. Non sit aures
doctrinam decora
mente sonus erit.)

IV. Varietas
secundum varie

1. Vox neq
neque unifona,

(Nam: *Submiss*

Contra omnia clamo

qua spiritus ac sonus

lib. 1. cap. 1. Nihil

perniciosius, quam

Orat. Varietatis a

vis. Talz alleg. 1.

2. Vox gra
contentior fiat

3. In voce
cantus obscuri

(Præcepit hoc

sed obscurus, qu

mothene & Æsch

auditorum animis

est cantus apertus, n

Min. comm. Rbet. 1.

4. Contenta
leniter: inclinata

(Est hoc præcept

num vero hæc eff

Orat. telte, e tribus

ti, & circumflexo de

Min. com. Rbet. 1. 2

scilicet atrociter

impetantia haud iuste agit. Tardi vero & maturi sermones non parum sapientia habent. Eurip. in Phœniss. Unde & Ciceronem tardiuscule solitum pronunciare, meminit Seneca. Non fit autem nimis tarda nec nimis præceps, sed mediocritatem decoram fervet. Secus si fuerit, vacuus sine mente sonus erit.)

IV. Varietas in vocis intentione & remissione secundum varietatem affectuum consistit.

1. Vox neque sit gravissima, neque acutissima, neque unifona, sed iusta varietate moderata.

(Nam: *Submisso illo murmure omnis debilitatur intentio: Contra omnia clamose dicere insanum esto, & Monotonia (una qua spiritus ac soni intentio) aequalitati contraria. Talæ. Rhet. lib. 1. cap. 1. Nihil est utilius, quam crebra mutatio: nihil est perniciosius, quam effusa sine intermissione contentio. Cic. 3. de Orat. Varietatis a vocalis moderatrix esse debet animi cogitatio. Talæ alleg. 1. 3.)*

2. Vox gradatim ascendat, & in progressu contentior fiat. TALÆ. alleg. loc.

3. In voce sit quæpiam modulatio & flexio cantus obscurioris.

(Præcepit hoc Cicer. 2. de Orat. sed tamen non apertus, sed obscurus, qui a summis non tantum Oratoribus, Demosthene & Æschine, fuit observatus, sed & magnam in auditorum animis voluptatem excitat. Fugiendus tamen hic est cantus apertus, ne legentes canere videantur. Vid. Claud. Min. comm. Rhet. 1. 2. c. 4.)

4. Contenta voce dicatur atrociter; submissa leniter: inclinata graviter: inflexa miserabiliter.

(Est hoc præceptum Ciceronis de Orat. perfect. Communium vero hæc effectuum vocis differentia, Cicer. 3. de Orat. teste, e tribus sonorum accentibus, acuto scilicet, gravi, & circumflexo desumitur, quam speciatim explicat Claud. Min. com. Rhet. 1. 2. c. 5. Contenta vox est, qua quippiam infectamur atrociter. Submissa vox est, qua leniter aliquid

& quasi

& quasi jocando pronunciamus. Inclinata vox est, qua graviter & cum dignitate aliquid pronunciamus. Inflexa vox est, qua misericordiam movere conamur. Atqui hæc generalium affectuum ad vocem exercendam & variandam spectantium est ratio, specialium in seqq. subjicietur.)

5. In miseratione vox sit flebilis, plena, interrupta, Cic. 3. Orat.

(Ut Orat. Græch. *Quo me miserum conferam? quo vertam? in Capitoliumne? at fratris sanguine redundat: in domum? matremne, ut miseram lamentantemque videam & abjectam?*)

In iracundia sit vox acuta, incitata, crebro incidens. Cic. *ibid.*

(Ut Philipp. 2. *O præclaram illam eloquentiam tuam, cum es nudus concionatus. Quid turpius? quid fœdus? quid supplicii omnibus dignius? num expectas, dum te stimulis fodiam? Hæc te, si ullam partem habes sensus, lacerat, hæc te cruentat Oratio &c.*)

In metu & verecundia sit vox contracta, demissa, hæsitans & abjecta. Cic. *ibid.*

(Talis est Phædria adolescentis visam Thaidem misere depereuntis, apud Terent. *in Eunuch. Act. 1. Sc. 2.* cum ait Phædria: *Totus Parmeno tremo horreoque postquam aspexi hanc. Vid. Tal. lib. 2. Rhet. c. 6.*)

In voluptate sit vox tenera, lenis, effusa, hilara, remissa.

(Qualis est Ænea apud Virg. lib. 1. *Æneid.* pictum in tapetis Troja excidium intuentis.

Constitit, & lachrymans: Quis jam locus, inquit, Achate.

Quæ regio in terris nostris non plena laboris?

En Priamus: sunt hic etiam sua præmia laudi:

Sunt lachrymæ rerum: & mentem mortalia tangunt, &c.)

In dolore sive commiseratione vox sit gravis, & imo pressu ac sono obducta.

(Sic

Sic Cic. in P
ta fere hors cum
predire, involut
teterimam nobis
letudinis, quod
tis silere curare?

In blandien
levis & submi
Confer. & TA

Mene fugis?
(Quando alius
Per convulsia

Atque hæc di
optimum esse cer
quæ flexus omne
simul in omnia p
citatio sedula, ve
vitium huic mo
ferunt. Vid. T

Quæ vitia in
tur Melch. Jun
cap. 24. quæ a fi
discipulis enarra
tum quam maxi

1. Gestus
2. præcipuoru
matione perf
(Est hæc alt
Adio a Talzo ca
1994 per Syneci

Sic Cic. *in Pison.* Meministine cœnum, cum ad te quinta fere hora cum Pifone venissem, nescio, quo e gurgustio te prodire, involuto capite, soleatum? & cum isto ore foetido teterrimam nobis popinam inhalasses, excusatione te uti valetudinis, quæ diceret, vinolentis te quibusdam medicamentis solere curari? &c.

In blandiando, fatendo, satisfaciendo sit vox levis & submissa. *Vid. QUINTIL. lib. 3. cap. 11. Confer. & TALÆ. l. alleg.*

Sic Virgil. *Æneid. 4.*

*Mene fugis? per ego has lachrymas dextramque tuam, te,
(Quando aliud mihi jam miseræ nihil ipsa reliqui)
Per connubia nostra, per inceptos hymenæos, &c.*

Atque hæc de vocis moderatione: ad quam exercendam optimum esse censet Fabius ediscere quam maxime varia, quæ flexus omnes habent, eaque quotidie ita dicere, ut simul in omnia paremur. Quantum enim hic valeat exercitatio sedula, vel solius Ciceronis exemplo constat, quem vitium huic moderationi contrarium feliciter emendasse referunt. *Vid. Talæum l. alleg. cap. 6.*

Quæ vitia in specie sint pronuntiationis, ea fuse exequitur *Melch. Junius*, vir Clariss. & artis dicendi præcept. *cap. 24.* quæ a fidelibus Magistris legi, & inter repetendum discipulis enarrari, ostenso correctionis modo, operæ præmium quam maxime fuerit.

CAPUT III.

I. Gestus moderatio 1. totius corporis, 2. præcipuorum membrorum legitima conformatione perficitur.

(Est hæc altera Actionis pars, *ἡ ἕξοχή* Synecd. Actio a Talæo *cap. 7. lib. 2. Quintil. lib. 11. cap. 3. ἡ ἕξοχή* per Synecdoch. partis dicta, quia gestus corporis

Actioni convenientior, quam vocis moderatio, eo quod præcipue in sensum oculorum occurrat, qui omnium acerrimus, & sic vehementius etiam moveri possit, juxta illud Horatii in arte Poetica:

*Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus.*

Commendat hanc actionis partem *Talæus loc. alleg.* ab adjuncta dignitate & præstantia per comparisonem præstantiorum effectorum, idque 1. ab adjuncta infita eidem vi naturali effectis comprobata, quod & imperiti, & vulgus, & barbari, maxime eadem commoveantur. Cum verba neminem, nisi eum, qui ejusdem linguæ societate conjunctus sit, gestus vero, qui præ se animi motum ferant, omnes movere possint. Quod verius tamen & rectius toti actioni nos accommodavimus *sub cap. 1.* Deinde ab inductione comparat disparat. 1. Pantomini, qui solo gestu sine voce omnia spectantibus, etiam diversiss. linguarum significare potuerit. 2. Bestiarum, quæ signis affectus suos enunciare soleant. 3. Rerum inanimatarum, cum & picturæ & imagines tacite loquantur. Quæ collatio tamen præstantiæ locum tantummodo habet, si variarum gentium linguas dispares habentium ratio habeatur. Non vero si unius & ejusdem nationis, quæ unica promisque lingua utatur: ubi major certe vocis legitime moderatæ efficaciam ac præstantiam quam gestus, quod recte monet *Claud. Minos comment. l. 1.*

II. Totius corporis conformatio in convenienti naturali accommodatione consistit, ut nihil in gravitate desit, nihil in gestu supersit.

Itaque

1. Omnis corporis motus verbis et sententiis congruat.

Accom-

(Accommodat
ad vocis flexione
quod Cic. 3. de
b. 1.)

2. Gestus n
commodetur,

(Gesticulatio et
Talæus exemplis
bus fuit, ut & f
set Titius. Cicer
in motu & gest
esset Cicero refer
ma saltatricula
alleg. c. 8. Tale
suis istis, qui p
cathedris sacris
tores.)

3. Status co
ctus & excell

(Requisitum
tavit. Cujus ra
tura

Os homini
Jussit, &

Ovid. 1. Met
Omnis enim mu
probat exemplo
tem toto corpor
runt. Videatur.

III. Membra
conformari ce

(Accommodandus siquidem gestus corporis non solum ad vocis flexionem, sed etiam ad sententiæ varietatem: id quod Cic. 3. *de Orat.* præcipit. Vide Claud. Min. *comm. b. 1.*)

2. Gestus magis ad sensus, quam ad verba accommodetur, ut gravitas servetur.

(*Gesticulatio enim omnis est ridicula*, id quod probat *Talæus* exemplis Titii, qui tam mollis et solutus in gestibus fuit, ut & saltatio quædam nasceretur, cui nomen esset Titius. Cicero *dial. de clar. Orat.* & Hortensii, quem in motu & gestu plus artis habuisse quam Oratori satis esset Cicero refert, unde & Dionysia gesticulatoria notissimæ saltatriculæ nomine nominatus, Gell. *lib. cap. 5.* *Talæ. alleg. c. 8.* Tales gesticulatores hodie e Pontificiis & Jesuitis istis, qui potius histriones, aut funambulos agere in cathedris sacris videntur, quam Oratores & Concionatores.)

3. Status corporis fit secundum naturam erectus & excelsus.

(Requisitum hoc *Talæus cap. 8.* e Cicero & Quintil. notavit. Cujus rationem ducit 1. a causa naturali. Quia natura

*Os homini sublime dedit cælumque tueri
Jussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

Ovid. 1. Metamorph. 2. a contrar. adjunct. *turpitudine.* Omnis enim mutatio & vacillatio est indecora, id quod probat exemplo *Curionis*, quem, quod in utramque partem toto corpore vacillaret, ex lintre loqui facile notarunt. Videatur. Quintil. *lib. II. cap. 3.*)

III. Membrorum moderatio corporis statui conformari certa ratione debet.

Itaque

1. Gestus capitis cum statu corporis sit consentaneus.

(Est enim caput pars corporis præcipua; statum igitur ejusdem præcipue imitabitur. Facit enim ad significationem decoris, ut rectum & secundum naturam sit. Nam & demisso capite humilitas & modestia significatur, & supino arrogantia, & in latus inclinato languor, & præduro ac rigente barbaria quædam mentis ostenditur, ex Quintil. Claud. Min. *comm. Rhet. lib. 2. c. 9.*)

2. Aspectus eodem, quo corporis gestus, vertatur.

(Exceptis iis, quæ aut damnare, aut non concedere, aut removere oportebit, ut videamur aversari. Talæ, ex Quintil. *l. 2. cap. 9.* Ubi nota ex eodem 1. Solo capite gestum facere, aut frequenter facere, vitiosum esse. 2. Frontem in dolore ferire Ciceroni oratorium, Fabio autem scenicum videri.)

3. Vultus præter decorum non mutetur.

(Vultus est imago sive tacita significatio animi, oculi ejusdem sunt indices, unde vultus a volendo dicitur, quod voluntatis index fit. Non potest igitur animus occultari, quin in ipso vultu conspiciatur. Hic igitur maxime cavendum, ne quid vel ineptum, vel vultuosum, hoc est, immoderatum, præter decorum & nimis vultu affectatum: ne quis vel lætitia frontem nimis exporrigat, vel in mœrore ac tristitia plus justo contrahat. Itaque 1. *Oculorum* magna debet esse moderatio, qui quot animi motus sunt, tot significationes & commutationes habent, *Talæ. ex Cic. de Orat. perfect. Oris* 2. non nimium mutanda species, ne aut ad ineptias, aut ad pravitatem aliquam deferamur, *Cic. de Orat.*

Narus 3. nec
da, nec digi
genda. *Labr*
ca, nec abstru
pene ad aures
isdem vox sit
mentum pectori
reiterato vel all
cum adulationis
& gestum hun
ciunt: Sed sunt
ducit *Quint.*

4. Brachia

(Si tamen
fit, brachium
Talæ lib. 2. c.

5. Manus

(Maxima
cum pene ipsa
his actio; *Cic*
cum cæteræ
prope ipsæ loq
mus, quod no
cit, sed dextra
manuum est ad
est scenicorum.

6. Digni

(Est enim &
præcipue cum m
licem contrahit
& gestus est in

Nares 3. nec corrugendæ, nec inflandæ, nec movendæ, nec digito inquietandæ, nec frequenter emungendæ. *Labra* 4. nec male porrigenda, nec scindenda, nec abstringenda, nec diducenda, nec in latus & pene ad aures trahenda, nec fastidio replicanda & ex eisdem vox altera tantum parte dimittenda. Nec 5. *mentum* pectori affigendum. Nec denique 6. *humeri* reiterato vel allevandi vel contrahendi, sic enim in habitum adulationis, admirationis et metus se transformant, & gestum humilem, servilem, & q. fraudulentum faciunt: Sed sint æqui & recti. Quæ omnia pluribus ducit *Quint. sap. alleg. loc.*)

4. Brachiorum projectio sit moderata.

(Si tamen speciosius quiddam & uberius dicendum sit, brachium procerius projiciendum dicit ex *Quintil. Talæus lib. 2. cap. 10.*)

5. Manus decenter extendantur.

(Maxima namque gestus vis in manibus sita est, cum pene ipsam verborum copiam persequantur, & sine his actio; *Cic. & Quintil. testib.* trunca sit ac debilis, cum cæteræ partes loquentem adjuvent, manus vero prope ipsæ loquantur, *Talæ cap. 10.* Sinistra tamen manus, quod notat *id. ibidem* nunquam sola gestum facit, sed dextra sese frequenter accommodat. *Junctio* vero *manuum* est addubitantium & ingemiscientium. *Complosio* est scenicorum. *Gesticulatio* nimia fatuorum.)

6. Digni decore adhibeantur.

(Est enim & in digitis singularis gestus quidam, præcipue cum medius digitus, tribus explicatis, in pollicem contrahitur, duoque medii sub pollicem veniunt, & gestus est instantior, & tribus pollice pressis, index

ille explicare solet. Habet autem potissimum locum in exprobrando, indicando, vocando, demonstrando, mirando, abominando, &c. de quibus consule *Quintilian.* & *Cicer.*)

7. Pectus & venter non projiciatur.

8. Femur venuste feriat.

(Decet enim hoc indignatos, excitat auditorem, & oratoribus usitatum, vid. *Quint. lib. II. c. 3.*)

8. In pedibus status rectus observetur.

(In dextrum namque ac lævum latus vacillare alternis pedibus insistendo ridiculum est. *Suppletio* pedum inconvenienter adhibita histrionica est. In contentionibus tamen & incipiendis & finiendis opportuna est. *Discursatio* ineptissima est, unde *Flavius Virgilius*, cum adversarius multum discurrisset, venuste eum rogavit, quot millia passuum declamasset. *Incessus* Oratori nonnunquam, quanquam rarius, permissus est. De quibus omnibus consule *Quint. sep. all. loc.* e quo nos hic filum & ductum Tales secuti, qualiacunque decerpimus. Reliqua acutis dicendi magistris operosius inculcanda relinquimus.)

INDEX.

A
Actio
Addubitatio
Ænigma
Etiologia
Ακρίτιος
Ακρόγεια
Anadiplosis
Anaphora
Anacrostichis
Antihypophora
Antiphrasis
Antitheta
Antonomania
Apologi
Aposiopesis
Apostrophe
Aspectus
Assumptio
Αστυγιος
Asyndeton
Αυτοψία
B.
Brachiorum pro
C.
Charientismus
Chronographia
Climax
Communicatio
Commotatio
Comparatio
Concessio
Congeries
Contentio
D.
Διαλογισμός
Definitio

INDEX.

A ctio A	154	Digiti	163
Addubitatio	120	Digressio	142
Ænigma	17	Distributio	149
Ætiologia	137	E.	
Ακκισμος	19	Elocutio	5
Αλληγογια	13	Emphasis	17
Anadiplofis	66	Epanalepsis	82
Anaphora	70	Epanodos	85
Antanaclasis	87	Epanorthosis	103
Anthypophora	147	Epexegefis	152
Antiphrasis	19	Epiphonema	99
Antitheta	76	Epistrophe	74
Antonomasia	16	Epitheton	16
Apologi	18	Epizeuxis	63
Aposiopesis	106	Exclamatio	97
Apostrophe	108	Expolitio	152
Aspectus	162	F.	
Assumptio	150	Femur	164
Ασυσμος	19	Figura	59
Afyndeton	75	- - amplificatorum	135
Αυξησις	10	- - dictionis	61
B.		- - sententiæ	95
Brachiorum projectio	163	G.	
C.		Gestus	159 seqq.
Charientismus	19	H.	
Chronographia	139	Hœmoeoptoton	76
Climax	68	Hœmoeteleuton	76
Communicatio	123. 146	Hyperbaton	17
Commutatio	145	Hyperbolæ	10
Comparatio	147	Hypotyposis	140
Concessio	133	I.	
Congeries	149	Incrementum	150
Contentio	144	Interrogatio	127
D.		Inversio	145
Διαλογισμος	115. 128	Ironia	35
Definitio	153	Ifocola	75
		Κατα.	

I N D E X.

	K.				
<i>Kalaxensis</i>		9	Polyptoton		92
	M.		Polyfyndeton anticum		71
Manus		163	- - - - post.		75
<i>Misotis</i>		12	Pronunciatio		156
Membrorum moderatio		161	Profopographia		139
Metalepsis		16	Profopopœia		113
Metaphora		40	Proverbium		18
Metonymia		21		R.	
- - adjuncti seu signi		32	Ratiocinatio		141
- - causæ		22	Rejectio		146
- - effecti		25		S.	
- - efficientis		22	Sarcasimus		18
- - materiæ		24	Sententia		151
- - subjecti		27	Sermocinatio		148
<i>Mimusis</i>		20. 115	Status corporis		161
<i>Muxteriosmos</i>		18	Subjectio		127
	N.		Symploce		79
Noema		151	Synecdoche		48
	O.		- - generis		57
Objectio		126	- - integri		56
Occupatio		126. 129	- - membri		49
Onomatopœia		16	- - partis		49
	P.		- - speciei		51
Parabolæ		18	- - totius		55
Paradiastole		146		T.	
Paronomasia		87	Tapinosis		17
<i>Pægnis</i>		100	Topographia		139
Pathopœia		141	Transitio		142
Pectus		164	Translatio		137
Pedes		164	Tropus		6. 15
Periphrasis		17		V.	
Permissio		132	Vox		155. sqq.
Ploce		88	Vultus		162

F I N I S.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

TIFFEN Color Control Patches © The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Red	Light Gray
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Purple	Dark Gray

TIFFEN Gray Scale © The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
		R	G	B			W	G	K		C	Y	M						

Constitutio imp. et res. S. M.

maximie

4^{te}

ll ll

ll

ll ll



ll

ll ll

ll ll ll

70
75
116
119
113
18
141
146
118
111
110
161
117
119
48
117
116
49
49
51
51
T.
117
119
141
137
6.15
P.
115.690
160
S.

